

Université Michel de Montaigne – Bordeaux 3  
École Doctorale Montaigne Humanités (ED 480)  
Thèse d'histoire médiévale  
UMR 5607 AUSONIUS

**Fortifications seigneuriales  
et résidences aristocratiques gasconnes  
dans l'ancien comté d'Astarac  
entre le X<sup>e</sup> et le XVI<sup>e</sup> siècle**

Volume II  
Annexes

Thèse présentée et soutenue publiquement le 26 mai 2012 par  
**Nicolas GUINAUDEAU**  
Sous la direction de  
Philippe ARAGUAS, Professeur d'histoire de l'art médiéval,  
Université de Bordeaux 3 – Michel de Montaigne.

Membres du jury :

Sylvie FARAVEL, Maître de Conférences en histoire et archéologie médiévale, Université de Bordeaux 3.

Benôit CURSENTE, Directeur de recherches honoraire au CNRS (membre invité).

Nelly POUSTHOMIS-DALLE, Professeur d'histoire de l'art et archéologie médiévale, Université de Toulouse 2.

Hervé MOUILLEBOUCHE, Maître de Conférences en histoire médiévale, Université de Bourgogne.

Prim BERTRAN I ROIGE, Professeur d'histoire médiévale, Université de Barcelone.

Frédéric BOUTOULLE, Maître de Conférences en histoire habilité à diriger des recherches, Université de Bordeaux 3.

## Sommaire

<u>ANNEXES 1 : Pièces justificatives</u> .....	4
<b>Pièce 1</b> – Extrait du Concile d'Aix-la-Chapelle sur l'exemption des impôts par Louis le Débonnaire en 817 .....	5
<b>Pièce 2</b> – Donation de l'Astarac par Garsie-Sanche, duc de Gascogne, à son fils Arnaud, vers 920 ....	5
<b>Pièce 3</b> – Fondation du monastère de Saramon, vers 1020-1030 .....	6
<b>Pièce 4</b> – Donation du monastère de Pessan à l'abbaye de Simorre par Guillaume comte d'Astarac, vers 1025 .....	7
<b>Pièce 5</b> – Donation de l'église de Sainte-Aurence à Garsie archevêque d'Auch et pénitences imposées à Guillaume comte d'Astarac, vers 1034 .....	8-9
<b>Pièce 6</b> – Fondation de la nouvelle ville de Simorre, vers 1141 .....	10-11
<b>Pièce 7</b> – Généalogie des premiers comtes héréditaires de Fezensac, d'Armagnac et d'Astarac, vers 1170 .....	12
<b>Pièce 8</b> – Hommage de Centulle I comte d'Astarac à Louis IX roi de France au mois d'avril 1229, après Pâques (du 15 au 30) .....	13-14
<b>Pièce 9</b> – Hommage de Centulle I comte d'Astarac à Raymond VII comte de Toulouse, à Verdun, pour les <i>castra</i> de Saint-Orens, de Caussens, de Francescas, pour la Caulason, ainsi que pour les possessions en Fimarcon, en 1230 .....	15
<b>Pièce 10</b> – Testament de Centulle I comte d'Astarac, vers 1230 .....	16-17
<b>Pièce 11</b> – Hommage de Centulle II comte d'Astarac et de sa mère Segnis de Lomagne à Raymond VII comte de Toulouse le 13 novembre 1244 .....	18-19
<b>Pièce 12</b> – Mise en protection et en vasselage de Raymond VII comte de Toulouse du domaine comtal d'Astarac par Segnis comtesse d'Astarac et son fils Centulle II le 28 novembre 1244 .....	20-21
<b>Pièce 13</b> – Donation de Segnis comtesse d'Astarac à Raymond VII comte de Toulouse de ses droits sur le comté de Fezensac le 25 mars 1245 .....	22-23
<b>Pièce 14</b> – Réception de Centulle II comte d'Astarac en moine de Simorre en août 1249.....	24
<b>Pièce 15</b> – Liste des donations comtales consenties par les comtes d'Astarac aux autorités ecclésiastiques entre le milieu du X <sup>e</sup> siècle et le milieu du XIII <sup>e</sup> siècle .....	25-26
<b>Pièce 16</b> – Hommage prêté par Bernard IV comte d'Astarac à Thibaud II dit le Jeune, roi de Navarre, le 3 décembre 1265 .....	27-28
<b>Pièce 17</b> – Paréage entre Bernard IV comte d'Astarac et l'abbé de Faget concernant la ville de Seissan le 25 avril 1266 .....	29-30
<b>Pièce 18</b> – Arrêt pour l'abbaye et les habitants de Simorre contre Bernard IV comte d'Astarac en décembre 1284 .....	31-32
<b>Pièce 19</b> – Compromis réalisé entre Centulle III comte d'Astarac et Amanieu II archevêque d'Auch le 29 novembre 1291 .....	33-34
<b>Pièce 20</b> – Acte d'émancipation de Bernard V, fils de Centulle III comte d'Astarac, réalisé le 31 octobre 1294 .....	35-37
<b>Pièce 21</b> – Mise en possession du château comtal et de la bailie de Castillon (commune de Villefranche-d'Astarac) pour l'abbé et le Chapitre de Simorre, 1297 .....	38-39
<b>Pièce 22</b> – Procès entre le baile de la bastide de Mirande, représentant du roi de France, et les consuls de la ville d'une part, et l'abbaye de Berdoues et Bernard V comte d'Astarac d'autre part, en 1299 ....	40-48
<b>Pièce 23</b> – Accord entre Centulle III comte d'Astarac et son fils Bernard V réalisé le 13 juillet 1299, expédié en février 1300 .....	49-57
<b>Pièce 24</b> – Lettre de grâce accordée par le roi Philippe VI aux héritiers de Bernard de Panassac, mort au cours d'une procédure d'appel, Montpellier, février 1335 .....	58-59
<b>Pièce 25</b> – Serment des Etats d'Astarac à Jean-Louis Nogaret de la Valette, comte d'Astarac, le 12 août 1590 .....	60-61
<b>Pièce 26</b> - L'installation et le développement du réseau castral en Astarac et dans ses marges entre 1000 et 1300 d'après les sources écrites .....	62-64
<b>Pièce 27</b> – Les forteresses et les résidences aristocratiques astaracaises dans les sources écrites entre le début du X <sup>e</sup> siècle et la fin du XVI <sup>e</sup> siècle .....	65-72

<u>ANNEXES 2 : Cartographie</u> .....	73
<b>Carte 1</b> – Carte de situation de la zone d'étude .....	74
<b>Carte 2</b> – Cadre administratif actuel de la zone d'étude .....	75
<b>Carte 3</b> – Carte de la Gascogne après le démantèlement du duché vers 920 (d'après Mussot-Goulard, <i>Les Princes de Gascogne 768-1070</i> , Marsolan, 1982) .....	76
<b>Carte 4</b> – Situation du comté d'Astarac et de ses marges avant l'intervention royale à la fin du XIII <sup>e</sup> siècle .....	77
<b>Carte 5</b> – Situation du comté d'Astarac et de ses marges au début du XIV <sup>e</sup> siècle après l'intervention royale .....	78
<b>Carte 6</b> – Situation du comté d'Astarac et de ses marges au milieu du XVI <sup>e</sup> siècle après la création de la Perche de Mirande .....	79
<b>Carte 7</b> – Fortifications mentionnées dans les sources écrites entre 1000 et 1200 ou attestées à cette période par les interventions archéologiques .....	80
<b>Carte 8</b> – Fortifications mentionnées dans les sources écrites entre 1200 et 1400 .....	81
<b>Carte 9</b> – Regroupements de population en Astarac et ses marges attestés au XIV <sup>e</sup> siècle .....	82
<b>Carte 10</b> – Trajet réalisé le 28 octobre 1244 par Pierre de Toulouse mandé par Raymond VII, comte de Toulouse, pour la mise en protection et en vasselage du comté d'Astarac après l'hommage du 13 novembre 1244 .....	83
<b>Carte 11</b> – Localisation des mottes répertoriées dans le comté d'Astarac et ses marges .....	84
<b>Carte 12</b> – Localisation des plates-formes castrales répertoriées dans le comté d'Astarac et ses marges .....	85
<b>Carte 13</b> – Localisation des toponymes <i>Castera</i> et de leurs dérivés ( <i>Casterassis</i> , <i>Casteret</i> , <i>Castères</i> , <i>Casterot</i> ...) dans le comté d'Astarac et ses marges .....	86
<b>Carte 14</b> – Localisation des enclos fossoyés répertoriés dans le comté d'Astarac et ses marges .....	87
<b>Carte 15</b> – Essai de restitution du réseau routier astaracais vers 1300 .....	88
<b>Carte 16</b> – Localisation des habitats groupés mentionnés entre 800 et 1150 .....	89
<b>Carte 17</b> – Localisation des habitats groupés mentionnés entre 1150 et 1250 .....	90
<b>Carte 18</b> – Hommages prêtés aux comtes d'Astarac entre le XIII <sup>e</sup> et le début du XVII <sup>e</sup> siècle .....	91
<b>Carte 19</b> – Hommages prêtés par les vassaux du comte d'Astarac entre 1645 et 1655 à Bernard de Foix de la Valette .....	92
<b>Carte 20</b> – Situation religieuse dans la première moitié du XIII <sup>e</sup> siècle d'après les pouillés de la province ecclésiastique d'Auch .....	93
<b>Carte 21</b> – Carte du diocèse d'Auch réalisée en 1784 par M. Bourgeois de la Rozière (AD32, 1 Fi 27) .....	94
<b>Carte 22</b> – Contexte géologique des sites qui composent l'inventaire réalisé .....	95
<b>Carte 23</b> – Carte des matériaux employés dans les constructions médiévales repérées .....	96
<b>Carte 24</b> – Localisation des fortifications seigneuriales bâties « en dur » en Astarac et ses marges entre 1000 et 1600 .....	97
<u>ANNEXES 3 : Mobilier archéologique</u> .....	98
<b>Planche 1</b> – Mobilier céramique découvert en prospection à Lombez .....	99
<b>Planche 2</b> – Mobilier céramique et métallique découvert en prospection à Puylausic et à Montadet ...	100
<b>Planche 3</b> – Mobilier céramique découvert en prospection à Polastron et à Pompjac .....	101
<b>Planche 4</b> – Mobilier céramique découvert en prospection à Espaon .....	102
<b>Planche 5</b> – Mobilier céramique découvert en prospection à Seysses-Savès et à Sabaillan .....	103
<b>Planche 6</b> – Mobilier céramique découvert en prospection à Esclassan-Labastide et à Sauveterre .....	104
<b>Planche 7</b> – Mobilier céramique découvert en prospection à Moncassin, à Moncorneil-Grazan, à Sémézies-Cachan, à Samatan, à Ponsampère et au Brouilh-Monbert .....	105
<b>Planche 8</b> – Mobilier céramique découvert en prospection à Saint-Maur, à Bellegarde-Adoullins, à Idrac-Respaillès, à Durban et à Saint-Médard .....	106
<b>Planche 9</b> – Mobilier céramique découvert en prospection à Faget-Abbatial, à Lamaguère, à Saint-Ost, à Lartigue et à Villefranche-d'Astarac .....	107

<b>ANNEXES 4 : Lignages comtaux et seigneuriaux</b> .....	108
<b>Lignage 1</b> – Tableau des mentions les plus remarquables retrouvées dans les sources et la bibliographie consultées ayant permis d'établir le lignage de la famille comtale d'Astarac .....	109-118
<b>Lignage 2</b> – Essai généalogique de la famille comtale d'Astarac (X <sup>e</sup> -XVI <sup>e</sup> siècles) .....	119
<b>Lignage 3</b> – Essai généalogique de la famille d'Astarac-Fontrailles, seigneurs de Sauveterre et de Fontrailles (XII <sup>e</sup> -XVII <sup>e</sup> siècles) .....	120
<b>Lignage 4</b> – Essai généalogique de la famille d'Astarac, seigneurs de Monclar et de Valentées (XV <sup>e</sup> -XVI <sup>e</sup> siècles) .....	121
<b>Lignage 5</b> – Essai généalogique de la famille d'Astarac, seigneurs de Chélan (XV <sup>e</sup> -XVII <sup>e</sup> siècles) ....	121
<b>Lignage 6</b> – Essai généalogique de la famille de Respaillès, seigneurs de Respaillès (XII <sup>e</sup> -XIII <sup>e</sup> siècles) .....	122
<b>Lignage 7</b> – Essai généalogique de la famille Desbarrats, coseigneurs de Castelnaud-Barbarens (XI <sup>e</sup> -XIII <sup>e</sup> siècles) .....	122
<b>Lignage 8</b> – Essai généalogique de la famille de Lasséran, seigneurs de Lasséran (XII <sup>e</sup> -XV <sup>e</sup> siècles) .....	123
<b>Lignage 9</b> – Essai généalogique de la famille d'Orbessan, seigneurs d'Orbessan, de Monties, d'Aussos, de Nenigan et de Saint-Arroman (XII <sup>e</sup> -XVI <sup>e</sup> siècles) .....	124
<b>Lignage 10</b> – Essai généalogique de la famille d'Orbessan, seigneurs d'Orbessan, de Labastide-Paumiès, de Castellaillard et de Pouy-de-Touges (XIV <sup>e</sup> -XVI <sup>e</sup> siècles) .....	125
<b>Lignage 11</b> – Essai généalogique de la famille d'Ornézan, seigneurs d'Ornézan, de Saint-Blancard et d'Auradé (XIV <sup>e</sup> -XVI <sup>e</sup> siècles) .....	126
<b>Lignage 12</b> – Essai généalogique de la famille d'Ornézan, seigneurs d'Ornézan, de Chélan, de Vidaillan, de Séguède, de Monties, de Betcave et de Saint-Elix (XIV <sup>e</sup> -XV <sup>e</sup> siècles) .....	126
<b>Lignage 13</b> – Essai généalogique de la famille de Panassac, seigneurs de Panassac (XII <sup>e</sup> -XIII <sup>e</sup> siècles) .....	127
<b>Lignage 14</b> – Essai généalogique de la famille de Panassac, seigneurs de Panassac et d'Arrouède (XIII <sup>e</sup> siècle) .....	127
<b>Lignage 15</b> – Essai généalogique de la famille de Panassac, seigneurs de Panassac et d'Arrouède (XIII <sup>e</sup> -XVI <sup>e</sup> siècles) .....	128
<b>Lignage 16</b> – Essai généalogique de la famille de Garrané, seigneurs de Garrané, de Pépieux, de Lasséran, de Lacassaigne, de Montastruc, de Monbrun et de Saint-Mézard (XIII <sup>e</sup> -XVII <sup>e</sup> siècles) .....	129
<b>Lignage 17</b> – Essai généalogique de la famille de Marrast, seigneurs de Marrast, de Lasserre et d'Estillan (XII <sup>e</sup> -XIII <sup>e</sup> siècles) .....	130
<b>Lignage 18</b> – Essai généalogique de la famille de Saint-Arroman, seigneurs de Saint-Arroman (XII <sup>e</sup> -XIII <sup>e</sup> siècles) .....	130

**ANNEXES 1 : Pièces justificatives.**

**Pièce 1 - Extrait du Concile d'Aix-la-Chapelle sur l'Exemption des Impôts par Louis le Débonnaire en 817.**

Extrait du cartulaire noir de Sainte-Marie d'Auch, G 16, Archives Départementales du Gers.  
Brugères, L.C. Dom (1746) : *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch*, 2<sup>ème</sup> partie des preuves, Toulouse, 1746, p. 7  
Lacave La Plagne Barris, C. (1899) : *Cartulaire Noir du chapitre de l'église métropolitaine Sainte-Marie d'Auch*, Paris, acte n° 130.

*Haec sunt Monasteria quae nec militiam nec dona facere debent, sed solam Orationem, pro salute Imperatoris, et filiorum ejus, et stabilitate Regni : videlicet, in Vasconia, Cella-Fraxilis. Cimorra. Pecianum. Altum-Fagetum. Sancti Savini Levitanensis. In his praedictis Monasteriis praesatus Imperator, sicut supra scriptum est, Statutum scribi fecit, atque suâ manu firmavit, et annulo suo sigillavit.*

**Pièce 2 - Donation de l'Astarac par Garsie-Sanche, duc de Gascogne, à son fils Arnaud, vers 920.**

Brugères, L.C. Dom (1746) : *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch*, 3<sup>ème</sup> partie des preuves, Toulouse, p. 81.

*Ego Garsias Sancii Consul filius Regis Sancii, tibi Arnaldo filio meo, et heredibus et successoribus tuis concedo Astaracensem Pagum, cum toto Comitatu, et omni jure quod in ipso habere videor. Quod ut futurae posteritati notificetur, et inviolabile perseveret, praesentem Chartam subterfirmavi, et per fideles meos subterfirmari feci. Signum Garsiae Sancii Consulis. Signum, Sancii Wilhelmi Comitatis filii. Signum Salii Vicarii. Signum Sancii Amenevi. Signum Gumbauidi. Signum Eneci fratris ejus. Ego Aznarius Levita indignus scripsi, et subterscripsi. Actum Fidenciaco Castro in Dei nomine foeliciter. Amen.*

### Pièce 3 - Fondation du Monastère de Saramon, vers 1020-1030.

Brugèles, L.C. Dom (1746) : *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch*, 2<sup>ème</sup> partie des preuves, Toulouse, pp. 44-45.

Larcher, J.-B. (XVIII<sup>e</sup>) : *Glanages*, tome 14, pp. 206-207.

Monlezun, J.J. (1849) : *Histoire de Gascogne, depuis les temps les plus reculés jusqu'à nos jours*, Brun Libraire-Editeur, tome 6, Auch, pp. 194-195.

*Authoritas Ecclesiastica, (...). In Dei nomine. Ego humilis Oddo filius quondam Arnaldi Comitis Astaracensis, et ejus conjugis nomine Atalesae Comitissae, his et aliis quàm plurimis exhortationibus, zelo Dei provocatus, calore etiam fidei animatus, atque amore vitae contemplativae exagitatus, decrevi in animo meo constituere, et coenobium servorum Dei in commune viventium, tàm pro honore universorum conditoris, quam in redemptione animae meae, etiam dictae genitricis meae, ac... nec-non et pro salute clarissimae animae inclyti Marchionis totius Vasconiae, Domini videlicet Sancionis, ex cujus munere beneficiis hoc ipsum mihi pertinet, quod vulgo dicitur, Cella Odulphi, in honorem constructa Clavigeri Coeli Petri, sitaque in territorio Astariensi; statui, itaque ut superius est insertum, ipsum locum ad Monachalem ordinem reducere, pro salvatione animarum cunctorum parentum nostrorum, tàm vivorum, quàm defunctorum, seu universorum Christi famulorum Catholicorum orthodoxorum, ità tamen ut ab hac die deinceps, et in omnibus, et ex omnibus, et per omnia, et in omnia, libertatem ipse locus, et omnes habitantes in eo, cum omnibus appendiciis, sibi pertineatibus quos hodie habere videtur, et postmodum habere debeat jure perpetuo, sine aliqua calumnia, integerrimam semper obtineat, et nec ego memoratus Oddo, nec ipse qui supra nominatus Marchi Sanctius Guillemizo, nec ullus de nostris haeredibus, vel de nostra genealogia, sive propagiae, nec qualiscumque persona, vel alicujus dignitatis, aut potentiae vir nullam inquietudinem, vel molestiam inferre praesumat, in eadem Sancto Loco, nec in rebus quas hodie habet, vel postea habiturus est, quod si quis agere tentaverit, sit sequestratus à consortio caeterorum Sanctae Dei Ecclesiae fidelium, ut Caïn parrieida, et sicut Sodomitae et Gomorritae populi inutiles, tanquam crudelis Pharaon, demersus in Mari ubri, et et si vero ex aliqua controversia, causa disceptationis alicujus rei audientia ipsis Monachis necesse fuerit in malo eis habere Advocatum, sibi requirant in suis causis et responsionibus, Marchionem et Ducem Guasconium, cujus boni operis Testes et Auxiliatores subsistunt et Roboratores, in primis ipse testor Atavas, Dux totius Gasconiae, Sanctius Guillelmi filius, et post illum cuncti nostri Fratres Germeri, quorum vocabula ista sunt Domnus Guillelmus et Bernardus, Raymundns Garsias et Guiraldus.*

**Pièce 4 - Donation du monastère de Pessan à l'abbaye de Simorre par Guillaume comte d'Astarac, vers 1025.**

Extrait du cartulaire de Simorre, D 255, Archives Départementales du Gers.

Brugèles, L.C. Dom (1746) : *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch*, 2<sup>ème</sup> partie des preuves, Toulouse, pp. 11-12

Sainte-Marthe, D. de (1715) : *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa qua series et historia archiepiscoporum, episcoporum et abbatum franciae vicinarumque ditionum ab origine ecclesiarum ced nostra tempora*, tome 1, preuves, Paris, p. 168.

Larcher, J.B. (XVIII<sup>e</sup>) : *Glanages*, tome 14, pp. 202-203.

*Benedictus Deus, candidior universorum, rector omnium Creaturarum, gubernator totius conditionis, Sabaoth vincens, scientia prospiciens, cuncta gubernans, polum pontumque et aura, pascens mortalia, extendens aëra, operans inscrutabilia, fortior potentibus, scientior sapientibus, misericordior miserantibus, rector fidelium, exaltator piorum, amplector Castrorum, pastor Ecclesiarum decus Pontificum, custos Regum, sublevator labentium, consolator maerentium, qui relinquentes sua, et te sequentes vera via, in saeculum promittis centuplicata, et in die novissima te reddere permansura ; quod spondisti verbis nunc declarans exemplis, ut dares intelligi palam qualiter clemens sis animabus eorum, erga quorum distando mirisicas templa, in quibus illorum corpora sunt tumulata : quam post dilatare non cessa Ecclesia tuo proprio cruere redempta, undique conglobata tuoque spiritu saecundata ; ubique traditata munere, tribuendo mundana et spondendo incomparabilia dona, maximè tam nostris temporibus haec Simorritana quae est in honorem Beatae Mariae Genitricis filii tui dicata, per quem secisti et secula. Igitur in Christi nomine **ego Guillelmus filius quondam Comitum Arnaldi Astariacensis, et ejus conjugis nomine Talesa**, tam pro nomine et reverentia Altaris Dei Genitricis ejusdem Ecclesiae, qua nob magnificientiam seu crescendo facultatem ex ipsa hereditate talia ei confero munera quae mei atavi habuere in proprium, et dum Comites fuerunt tenendo possiderunt : cumque dignus non fuit Mundus tales habere augustos, ipsum suscepit Sanctitas, et mihi remansit hereditas, Monasterium quod vulgo dicitur Paetiano in honorem constructam summi Archangelo Micheaelis situmque in Territorio Astaracensi. Accepto ab **Ottono et Dachono Germano meo**, et à Fortono ejusdem Monasterii Abbatis, à ceterisque Monachis ejusdem loci cultoribus, octo vasa argentea pondo librarum nongentarum, una cum nostrorum fidelium consilio, trado praedictum Paetianum cum universis appenditiis sibi pertinentibus, quae hodie habet vel habiturum est in perpetuum. Haec nostra testificantium carta Benedictus Urbis Romae Papa manu propriâ subarravit, Garsia Archipraesul, Aymericus Comes Fezenciacus, Petrus Tolosae Episcopus, Rogerius Comes Convenianensis. Bernardus Comes, Remundus Comes, Garcias Comes, Geraldus Comes, Bernard-Arsi Vicarius, Garsia Dat, Causa-Dei.*



## Pièce 5 - Donation de l'église de Sainte-Aurence à Garsie archevêque d'Auch et pénitences imposées à Guillaume comte d'Astarac, vers 1034.

Extrait du cartulaire noir de Sainte-Marie d'Auch, G 16, Archives Départementales du Gers.

Brugères L.C. Dom (1746) : *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch*, 1<sup>ère</sup> partie des preuves, Toulouse, pp. 15-17.

Sainte-Marthe, D. de (1715) : *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa qua series et historia archiepiscoporum, episcoporum et abbatum franciae vicinarumque ditionum ab origine ecclesiarum ced nostra tempora*, tome 1, preuves, Paris, pp. 159-160.

Lacave La Plagne Barris, C. (1899) : *Cartulaire Noir du chapitre de l'église métropolitaine Sainte-Marie d'Auch*, Paris, actes n° 41 et 42.

Monlezun, J.J. (1849) : *Histoire de Gascogne, depuis les temps les plus reculés jusqu'à nos jours*, Brun Libraire-Editeur, tome 6, Auch, pp. 336-338.

(Acte n° 41) *Cogis me, ô Sanctissimè Pontifex (...) quod et tu qui Summus Pontifex es, fieri jubes, et necessitas Ecclesiae Totius Aquitaniae poposcit, cui, Dei juvante, praes Matri (...). Et idcirco non dubito, quod gratiâ Dei vice collata tibi fit ab superamemoratae Ecclesiae mirabiles potestas, cui, annuente divinâ clementiâ, septimus extitisti jure Pontificii foelicitatis vitae claudendi et referandi, (...). Nuper denique accidit, ut **Guillelmus filius Arnaldi, comes Astariacensis uxorem ducere consanguineam suam. Cumque hoc Archiepiscopus Garsia, cum nimis urgeretur, ut hoc scelus minime perpetrare libuisset, et omnino licentiam hac consensu ei conjungendi denegaret, et a Sanctos Patres tali consanguinitas tangendi prohibita esse affirmaret ; et videret, quia nihil proficeret, et praedictus Comes ei aurem ad audiendum non praeberet, rediensque ad semetipsum, et talem accepit a suos consilium. Sciens igitur melius esse naufragantem animum aliquum gubernaculum praeberere, quam in gurgitem desperationis sine remum poenitentiae reliquere ; accersivitque eum, et praebuit ei tempora jejuniorum, et munera eleemosinarum, sicut scriptum est in subsequendo Libellum : Insuper accepit ab eo nobilem Oppidum, quod olim ablatus fuerat a perversis hominibus de Ecclesia Beatae Mariae Episcopitii Auxiensis, redditoque supramemorato praedio, cui praest Ecclesia Sancta Venantia, totam et integram cum omnibus appenditiis suis, tam cum Parrochiis, quam et Capellis adjacentibus sibi, sine alicujus participatione, vel reclamatione, ut ea pleniter possideat possidendo. (...) Si quis contra haec cartula inquietare voluerit, et adversarius ejus extiterit, in primis in Dei incidat, atque omni tempore maledictioni subjaceat, lepra Naaman succumbat, ulceribus Job dominetur, morte Anania et Saphira moriatur, cum Datan et Abiron in ima tartara demergatur, cum Sodomitis et Gomorritis in ignem perpetuum cremetur, et cum Juda Schariotes, cum Diabolo et Angelis ejus, sinè fine crucietur, (...). haec sunt nomina principium ac ducum, qui hanc donationem viderunt ac firmaverunt. **Bernardus frater ejus, Remundus frater ejus, Garsia frater ejus.** Agganricus et cognatus ejus. Atus Tolosanae Episcopus, Ludovicus Savanense, Enardus Montaltense, Arnaldus Ourarensis, Arnaldus Majenacense, Bernardus Mauracense, Arnaldus Lomaniacense, Fortas Ballicavense, Guillelmus Galbisanense, Remundus de Fure Sacco, et fratres ejus, et ceteri plurimi, cui licet scrutetur. Opto, ut memineris levitam tuum sanctissime Pontifex.***

(Acte n° 42) *Quia necesse est ut pro magna vulnera magnac adhibeatur medela, (...). Ego annuente divinâ Clementiâ Episcopus Garcia huic Guillelmo gratiâ Dei Marchioni Comiti totius Astariacense, (...). Propter nuptiale conjugium, (...). Tali praebeo consensum, (...). **Acceptoque ab eo oppidum nobilissimum quae situm est in parte sui territorium, haec vocabulum ejusdem Ecclesia consecrata in honore Beatissimae Virginis Christi Venantia, cum omnibus Ecclesiis adjacentibus sibi ac appenditiis ad eam pertinentibus, (...). Insuper haec mando, ut feria 2. 4. et 6. ab omni carne edendi se absteineat, excepto si solemnitatis non occurrerit magna. Tamen feria 6. a vino prohibentur. Si tres pauperes non paverint, aut tres***

*denarios egenis non dederint et in unumquemque anno centum pauperes reficiant, et in die caena Domini, 12. praecipue, et ipsorum pedes lavet et singulos denarios eis Praebeat, et in uno quemque anno una quadragesima aut jejurent aut 5. solidos in eleemozinam concedant et ut in Vigiliae Praecipue ab omni coitu se abstineat ; et ut in Sancto Quadragesimo, et in adventum Domini ab omni coitu se abstineat, scilicet in die Dominico, et in feria 2. 4. 6. et sabbato, et tres pauperes semper pascat, et induat : et ego ideo tres Synodos ab omni debitu absolvo. Insuper hoc constituo ac decretum pono, ut neque ego nec ullus successor meus, neque Ecclesias quae moda habet, vel in futurum habitura est ; neque in aeternum habebit Ecclesia Cimonitanae, nullus munera accipiat ad dedicandum eas, sed sine more dedificentur ab illo gratis, ne pro Clericis faciendos de supra memorato vico accipiat aliquid : et ubicumque voluerint liberam habeant potestatem Deum iudicatum faciendam : De caetero absolvo ac benedico in super, et per mano propria trado ut vivant et valeant foeliciter in Christo. Amen.*

## Pièce 6 - Fondation de la nouvelle ville de Simorre, vers 1141.

Brugèles, L.C. Dom (1746) : *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch*, 2<sup>ème</sup> partie des preuves, Toulouse, pp. 15-16.

Larcher, J.B. (XVIII<sup>e</sup>) : *Glanages*, tome 14, pp. 205-206.

Monlezun, J.J. (1849) : *Histoire de Gascogne, depuis les temps les plus reculés jusqu'à nos jours*, Brun Libraire-Editeur, tome 6, Auch, pp. 197-199.

*Occulto Dei judicio, Simorrae villam ignis incendio propter scelera cremasse, nulli dubium est. Unde Petro abbati placuit quod villa mutari debuisset. Statuto igitur die, antè praesentiam abbatis et monachorum Raymundi de Moler, R. Pulchro loco, Wilhelmi Barthe, Amaneus Hugonis, C. de Galian, P. filii ejus, R. Delfresson, B. Faysan, Wilhelmi de Gauzeis, W. Roedae, P. sancti Pauli, A. Raymundi, B. de Sorigano, F. Artigas, R. Bernardi sancti Juliani, Stephani Capellani, Sancii de Albano, venerabilis Bernardus videlicet comes, cum filiis suis Sancio et Bernardo, atque omnes burgenses, tam pauperes quam felices invicem consultantes ; et post multa sana atque insania verba, unanimiter statuerunt, ut, salvo jure Dei genitricis Mariae, abbatis et monachorum praedium invaderent, de quo quisque tantum sibi acciperet, quantum posset sufficere ad necessaria construenda aedificia : quae omnia aedificia terraneo muro, atque vallo clauderentur. Decreverunt itaque quod à meridiano ad mansuram locorum aedificiorum, à vallo usque ad torrentem hortos haberent, in Aquinolario similiter, scilicet longitudine similes, de quibus decimas beatae Mariae Semper redderent, tam de satis quam de plantatis, excepto porro, et olere. Statuerunt namque termino salvitatis à rivo Garravet usque ad alveum, Laudeae, et a rivo Gaulepe usque ad torrentem Calavet. Sanxerunt etiam leges, quod omnis advena volens ibi manere, securus infra terminos erit, praeter quod indè alicui injuriam non inferret, nisi consilio abbatis et burgensium. Statutum itaque ibi fuit, quod si quis incolarum aliqua necessitate infra villam aliquid terrae, loci vel aedificii vendiderit, vel extra, horti scilicet, quot solidos acciperet, tot beatae Mariae nummos redderet. Si qui vero foelicium aegritudine correptus ad extrema devenerit, abbatem si fieri potest advocet, et quatuor vel tres sani consilii vicinos, consilio quorum, secundum divinam et humanam legem sua omnia disponat, praecipuè memorans qui erga Deum egerit, vel quo tendat. Si vero Abbas defuerit, loco sui adsit sacrista et capellanus. Ad pauperum dispositionem, capellanus tantum et propinqui vocentur. Statutum est namque ut omnia inter se utilia negotia cum testibus agerent et cum abbas vel suus procurator sit, suas leges atque consuetudines in quaerelis et vectigalibus et in omnibus à suis antecessoribus constitutis ; et nemo à sua lege se liberum excuset. Decreverunt itaque, quod si quis in vineis vel hortis fraudulenter destirpans repertus fuerit, vel aliquod infrà terminos furtum fecerit, manu privaretur, vel eam redimeret. Statuerunt quoque, quod si qui in adulterio deprehensi fuerint, abbati vel suo procuratori justificationi traderentur. Decreverunt namque, quod si quis elatione commotus aliquem vel leviter percusserit, pro lege quinque solidis abbati damnaretur, et etiam si quis laetali vulnere aliquem percusserit, vel in litigium maligna arma ferrea eduxerit, vel attulerit, Abbati cum omnia sua possessione omnino trageretur. Retinuerunt etiam sibi burgenses conventionem, ut per quinquennium in destructa villa nullum alicui aedificium abbas fieri permetteret, peracto vero quinquennio esset ad libitum sui. Has leges Bernardus comes et Sancius filius ejus atque Bernardus, ante imaginem crucifixi in ecclesia beatae Mariae sua fide in abbatis manu juraverunt, assistentibus omnibus supra scriptis monachis, quod nec violarent nec violari permetterent, sed savo jure beatae Mariae omni violatori pro posse resisterent. Praenominatus namque comes antè ecclesiam sancti Sepulchri super hac re obsides in manu abbatis dederat, Wilhelmum Pajes de Labartere et Centullum de Logorçan, videntibus et concedentibus Dodone de Semezies, V. Cellaefraxilii, Deus adjudet, A. Bernardi, A. Fratres ejus, et Ugone de Bedcave, W. Garsia d'Orbesano, et aliis quam pluribus tam militibus quam rusticis. Burgenses vero in supra scripta ecclesia ante Christi imaginem*

*manu sua fere L, super sancta evangelia pro se et coeteris omnibus juraverunt, ut firmiter leges teneant, et juri beatae Mariae, neque ipsi neque eorum successores unquam resistant, ed sponte jura reddant : de quibus primi fuerunt B. Monbardon, B. Sarzaz, R. Arpadere, D. filius ejus, A. Vadan, A. filius ejus, S. Modbernade et frater ejus Barbicot, P. gener ejus, B. Naes, B. Cat, A. frater ejus, W. Capaure, P. Romen, A. frater ejus, W. Rivet, A. ejus filius, Ugel Gaujan, et frater ejus, B. Demont, et de coeteris usque ad prescriptum numerum. Facta autem sunt haec a Christi Incarnatione M. C. XLI. indictione IV. epacta XI. concurrente II. mense februario, Wilhelmo archiepiscopo de Montalt regente Auxiensem sedem.*

## Pièce 7 - Généalogie des premiers comtes héréditaires de Fezensac, d'Armagnac et d'Astarac, vers 1170.

Extrait du cartulaire noir de Sainte-Marie d'Auch, G 16, Archives Départementales du Gers.

Brugèles L.C. Dom (1746) : *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch*, 3<sup>ème</sup> partie des preuves, Toulouse, pp. 80-81.

Lacave La Plagne Barris, C. (1899) : *Cartulaire Noir du chapitre de l'église métropolitaine Sainte-Marie d'Auch*, Paris, acte n° 5.

Monlezun, J.J. (1849) : *Histoire de Gascogne, depuis les temps les plus reculés jusqu'à nos jours*, Brun Libraire-Editeur, tome 6, Auch, pp. 312-313.

*Priscis temporibus, cum Guasconia Consulibus esset orbata, et Francigenae timentes perfidiam Guasconum, Consules de Francia adductos interficere Solitorum, Consulatum respuerent; maxima pars nobilium virorum Guasconiae Hispaniam ad Consulem Castellae ingressi sunt, postulantes ut unum de filiis suis daret eis in Dominum. Hic autem quamvis, auditâ perfidiâ eorum, sibi et filiis suis timeret, si quis ex ipsis venire, vellet concessit. Tandem Sancius-Mitarra minimus filiorum ejus cum viris illis Guasconiam venit: ibique Consul factus, filium, qui Mitarra-Sancius vicatus est, genuit. **Hic Mitarra-Sancius genuit Garsiam-Sancium Curvum; qui tres filios genuit; Sancium-Garsiam, et Guillelmus Garsiam, et Arnaldum Garsiam; quibus Gasconiam divisit. Sancio Garsiae dedit majorem Vasconiam, Guillelmo Garsiae dedit Fidensiacum, Arnaldo Garsiae dedit Astaracum.** Sancius Garsias genuit duos filios Manseres, Sancium et Guillelmum Sancium; Guillelmus Sancius genuit nobilem Ducem Guasconiae Sancium, et fratres ejus. Guillelmus Garsia Consul Fedenciaci genuit Othonem cognomine Faltam, et Bernardum Luscum, qui construxit Monasterium sancti Orientii; et divisit illis Consultatum suum: Orthoni dedit Fidensiacum, Bernardo dedit Armaniacum. Otho genuit Bernardum-Othonem cognomine Mancium-Tineam; Bernardus-Otho genuit Aymericum; Aymericus genuit Guillelmum-Astam-Novam qui cum Austindo majorem aedificavit Ecclesiam Auscitanam, quae prius parva erat. Guillelmus-Asta-Nova genuit Aymericum, qui ex Forto cognominatus est. Iste Aymericus genuit Astam-Novam: Asta-Nova filium non genuit, sed filiam nomine Adalmur, matrem Beatricis, quae non genuit. Bernardus Luscus consul Armaniaci genuit Geraldum Trencoleonem, Geraldus genuit Bernardum Tumapaler, Bernardus Tumapaler genuit Geraldum, Geraldus genuit Bernardum, Bernardus genuit Geraldum et sorores ejus. **Arnaldus Garsias Comes Astaraci genuit Garsiam-Arnaldi, Garsias-Arnaldi genuit Arnaldum; Arnaldus genuit duos filios, Guillelmum, et Bernardum Pelagoz, Guillelmo dedit Astaracum, et Bernardo Pelagoz dedit Pardiniacum. Guillelmus genuit Sancium, Sancius genuit Bernardum, Bernardus genuit Sancium.** Bernardus Pelagoz genuit Otgerium, Otgerius genuit Guillelmum, Guillelmus genuit Boamundum.*

**Pièce 8 - Hommage de Centulle I comte d'Astarac à Louis IX roi de France au mois d'avril 1229, après Pâques (du 15 au 30).**

Extrait du trésor des chartes du Poitou, sac 1, n° 7, J 190 A, Archives Nationales.

De Vic, C. Dom, Vaissète, J. Dom (1842) : *Histoire générale de Languedoc*, J. B. Paya, tome 5, Preuves de l'Histoire de Languedoc, CXLIX, p. 656.

*Ego Centullus comes de Asteraco notum facio omnibus presentes litteras inspecturis quod, pro hominagio quod karissimo domino meo Ludovico regi Francie illustri feceram apud Meledunum super mille libratis terre ad Turonenses michi assignandis in Agenesio, si idem dominus rex conquireret terram illam, de quibus me decimo militum ei servire debebam, dedit et concessit ipse dominus rex michi et heredibus meis, de uxore mea legitima, centum marchas argenti percipiendas singulis annis apud Carcasonam per manum seneschalis (sic) sui Carchasonensis, videlicet quinquaginta machas in festo Sancti Michaelis et quinquaginta marchas in Paschas. De quibus scilicet centum marchis me tertio militum servire teneor ipsi domino regi in conquesta Albigensi ; vel, si dominus rex melius voluerit, dictas centum marchas michi vel heredibus meis in terra faciet assignari. Et dictas centum marchas vel terram tenebimus, ego vel heredes mei, quamdiu domino regi placuerit et quamdiu voluerit dominus rex quod teneamus dictas centum marchas vel terras ad valorem centum marcharum. Ego vel heredes mei nichil amplius poterimus exigere ab eodem domino rege pro hominagio quod, sicut dictum est, feci ei. Nichilominus, sicut dictum est, ego vel heredes mei faceremus ipsius servicium, me tertio militum, pro dictis centum marchis vel terra in conquesta Albigensi. Si vero dominus rex non vellet me vel heredes meos dictas centum marchas habere, nec in denariis nec in terra, de dicto hominagio quod ei feci michi vel heredibus meis faceret quod facere deberet. Et si forte terram Agenesii conquireret idem dominus rex, ita quod ad domanium ipsius deveniret, retentis ipsius domino regi dictis centum marchis vel terra, michi vel heredibus meis, de uxore mea legitima procreatis, teneret convenciones, quas mecum habuit super hominagio meo predicto, de predictis mille libratis terre, sicut superius est expressum, per servicium me decimo militum quod ego et heredes mei ipsi et heredibus suis in conquesta Albigensi facere teneremur. Actum apud Vicenas, anno Domini millesimo CC<sup>o</sup> vicesimo nono, mense aprilis.*



**Pièce 9 - Hommage de Centulle I comte d'Astarac à Raymond VII comte de Toulouse, à Verdun, pour les *castra* de Saint-Orens, de Caussens, de Béraut, de Francescas, pour le Caulason, ainsi que pour les possessions en Fimarcon, en 1230.**

Daignan du Sendat, L. (1730-1760) : *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique du diocèse d'Auch*, tome 1, Ms 70 (84), Bibliothèque Municipale d'Auch.

De Vic, C. Dom, Vaissète, J. Dom (1842) : *Histoire générale de Languedoc*, J. B. Paya, tome 5, Preuves de l'Histoire de Languedoc, CLXII, p. 667.

*Certum et manifestum sit, (...) quod nos Raymundus Dei gratia comes Tolosae, gratis et bona fide per nos, (...) damus in feudum concedimus et tradimus vobis **Centullo comiti Astarasci**, et haeredibus et successoribus vestris in perpetuum, videlicet totum quidquid habemus et habere debemus ratione proprietatis vel dominii **in castro de sancto Orientio**, et quidquid tenetur a nobis in dicto castro. Donamus etiam vobis et successoribus vestris in perpetuum, in feudum, totum quidquid habemus et habere debemus ratione proprietatis vel dominii **in castro de Caussenx, et de Beraud, et de Framescaus, et Caulazon** ; et totum quidquid habemus et habere debemus **in terra quae dicitur Feumarcon**, ratione proprietatis vel dominii, (...) salvo nobis et retento homagio Guillelmi Hastra-nova, sicut superius est expressum ; haeredibus et successoribus vestris in perpetuum, in feudum, ut dictum, (...), in tenezorem, et plenam juris ac facti possessionem, vos inde mittimus et constituimus exinde deinceps sine fine, prout melius potest dici, (...) promittentes vobis quod de omnibus supradictis quae vobis dedimus et tradidimus, et **de castro del Sempodio**, quod de nobis in feudum recepistis, vobis et successoribus vestris bona fide, pro posse nostro, erimus deffensores et legitimi guiranti ; et ad perennem horum memoriam et majorem firmitatem, praesentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Et nos C. comes Astaraci, recipio a vobis domino R. Dei gratia comite Tolosano castra praedicta, et quidquid habetis in Feumarcon, salvo homagio Guillelmi Hastanova, ut dictum est in feudum : cognoscentes etiam quod castrum de Sompedio, et omnia castra superius expressa, et eorum singula, cum honore et pertinentiis eorum, et quidquid habemus in Feudo-marchon, ad commonitionem vestram, et quandocumque volueritis irati vel pacati, cum commisso et sine commisso, vobis reddemus : et pro supradictis omnibus vobis homagium facimus, et Promittimus vobis vitam, membrum, consilium, secretum et auxilium, et omnia quae continentur in forma sacramenti fidelitatis, et inde vobis et vestris fideles erimus et legales ; et quod haec omnia teneamus bona fide, tactis sacrosanctis evangeliiis juramus. Et ad majorem hujus rei firmitatem, praesentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud Verdunum anno D. I. MCCXXX. III. non. Septembris : horum omnium sunt testes, Bertrandus frater domini comitis Tolosae, Petrus de Mesoa, Albertus Cassag, Hugo de Arrausia, Petrus Stephani bajulus Verduni, et Johannes Aurioli notarius D. comitis Tolosae supradicti, qui hoc scripsit et sigillavit.*



## Pièce 10 - Testament de Centulle I comte d'Astarac vers 1230.

Brugèles, L.C. Dom (1746) : *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch*, 3<sup>ème</sup> partie des preuves, Toulouse, pp. 82-83.

Daignan du Sendat, L. (1730-1760) : *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique du diocèse d'Auch*, tome 1, Ms 70 (84), Bibliothèque Municipale d'Auch.

Monlezun, J.J. (1849) : *Histoire de Gascogne, depuis les temps les plus reculés jusqu'à nos jours*, Brun Libraire-Editeur, tome 6, Auch, pp. 336-338.

*In nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti. Amen ; et Beatae Virginis Mariae et omnium sanctorum : praesentis paginae testimonio cognoscant praesentes pariter et futuri, quod **Ego Centol Dei gratiâ Comes Astaraci**, bonâ memoriâ, et in bono statu, fas mon Orde. E laisi à **Bolmon mon primer fil** le Comtad de Starac ab totas las pertinences que amaven deu, et donil aquero qui mes estad conegud de laser deu Fiûmarcon. Doni à **Centol mon fil arenso** ab tant cum è de Terra al Comtad de Begore mau ideï, et tant cum è en las partides de Coserans è de la Garone, maû ideï. Leisi le torn de l'un à l'autre, si Deus fasié son plazer de doum ses de lesal eret. E si l'eretage del Fiûmarcon tornaue à Bolmon. Digeman que fos de Centol mon fil. E l'auantdit don de Centol mon fil que fos, e tornes à Bolmon mon fil. E si Deus fase son plazer dans aus... cerps la Terra de Bolmon torne à **la Roia ma fila**. Doni e laisi à la Roia ma fila... de la terra qu'es... nos elam en la terra de sos frais x milie sols Morlas... à **Beatrice ma filia** v milie sols de morlas, e que mes en la terra de fos frais... qu'es pagon d'arento de la tenguda. Laisi à **la Dauna S.** lor mair la Senoria de la terra tant cum... tans se volera capténir, et si no se volia ab lor capténir, laisi lo lasar d'arenso tro Centol mon fil fos de tera ... tenir. E lais lo mas egas, e mas bacas, e mos bestial en era aue daci en auant fil ni fila laisil à Dieu que fos e lergi o elerseid, laisi la Dona, e mos fils, e mas filalas, e mos cavales, e mos omes, e ma terra à Dieu merce, e de Mosenor Lezoig per la Gratia Dieu Rey de Fransa, e de Moseior Namaneu, per la gratia Dieu Arcevesque d'Auis, et de mon Filol Gaston per la gratia Dieu, Coms e Bescoms de Bearne.*

*Si Deus fa son plazer de mi, ordeni à Manced mon cors per sepelir, e laisi mon cauat, e mon palafre, et mon salmer, et mon leit, e mas armas, e albet, e calces, cobertas, à elm. E laisi mandad à la Dona Segui ma moler, que fasa clause lo Cimeteri de mur, et qu'ei fasa üana Capela deuant or uns Capelas cante tot die Messe sober l'Altar de Sancte Marie, e honor de Dieu, et Beatae Virginis Mariae, et omnium Sâncutorum, en remision de nostes pecads : et per tort que ei a la Maison del Parauis laisi m. sols d'Arnaldens, et que m'absolban en capito, et preguen Dieu per mi. A St. Sacerdor laisi v. c. sols d'Arnaldens, et que m'absolban en capito, en fasan perdonar al poble, e preguen Dieu per mi. A Font Gaise, laisi v. c. sols d'Arnaldens, qu'en perdonem, et preguen Dieu per mi. A l'Avesque d'Ajen e la Gleisa d'Ajen, laisi pel tort que ie... m. sols d'Arnaldens, e qu'en perdonem, et prejen Dieu per mi. Laisi à la Obro del Moster de S. Marie d'Aus v. c. sols de morlas, e que preien Dieu per mi. A la Obro del Moster de S. Orens CC. sols de morlas, et que preien Dieu per mi. A la Obro de Sent Martin d'Aus c. sols de morlas, qu'ei preien Dieu per mi. A la Gleise dels Menors de Sent Pe c. sols de morlas, et preien Dieu per mi. A levar le cor del morter de Sente Marie de Berdones m. sols de morlas, e preien Dieu per mi. A Sent Mau c. sols de morlas, e preien Dieu per mi. A Idrag c. sols de morlas, qé preien Dieu per mi. A S. Doda, c. sols de morlas qé preien Dieu per mi. A Masseurbe cc. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A Cabas, c. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A Traisoneres c. sols de morlas que preien Dieu per mi. A Enpens, c. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A Fajed ccc. sols de morlas, qu'ei preien Dieu per mi A Cimorre v. c. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A Pessan cc. sols de morlas que preien Dieu per mi. A Sarramon cc. sols morlas que preien Dieu per mi. A Bolaug cc. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A S. Laurens c. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A Fauas c. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A*

*Comalonga cc. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A l'Escale-Dieu cc. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A ...nt cc. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A la Benediction cc. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A ... que preien Dieu per mi. A Flaran c. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A Bolas cc. sols de morlas, que preien Dieu per mi. A ... que preien Dieu per mi. A Granseube ccc. sols de morlas per las vitras o beyrias fare, e preien Dieu per mi. A ... e preien Dieu per mi. A la Gleisa de Sent Jagme xx. sols morlas, e preien Dieu per mi. A la Gleisa de Castelnau xx. sols de morlas, e preien Dieu per mi, canten... e preien Dieu per mi... à totas las autres Gleisas qui son el Contad on em.*

**Pièce 11 - Hommage de Centulle II comte d'Astarac et de sa mère Segnis de Lomagne à Raymond VII comte de Toulouse le 13 novembre 1244.**

Extrait du trésor des chartes de Toulouse, sac 7, n° 28, J 314, Archives Nationales.

De Vic, C. Dom, Vaissète, J. Dom (1843) : *Histoire générale de Languedoc*, J. B. Paya, tome 6, Preuves de l'Histoire de Languedoc, LII, pp. 454-455.

*Noverint univerint, presentes pariter et futuri, quod domina Segui, uxor quondam Centulli comitis de Astaraco, constituta coram presentia domini Raymundi, Dei gratia comitis Tolose, marchionis Provincie, cum suo filio Centullo, qui fuit filius dicti Centulli, misit ipsum Centullum suum filium et totum comitatum de Astaraco, cum omnibus pertinentibus ad dictum comitatum, et totam terram que fuit predicti Centulli, cum omnibus suis pertinentiis, in manu et posse et sub tutela et protectione dicti domini comitis Tolosani. Et ipsa domina, flexis genibus, et manibus dicti Centulli sui filii missis inter manus predicti domini comitis, tradidit ei ipsum Centullum per suum militem, et, jurata super sancta Dei Euvangelia pro predicto suo filio, mandavit dicto domino comiti fidelitatem et vitam, et membra, et consilium, et auxilium, et celare, et quod dominus comes supradictus, et omnes suis possint se et omnia sua credere et confidere in dicto Centullo, uti in suo fideli milite et legali. Et eadem domina Segui mandavit, et firmo pacto convenit praedicto domino comiti, quod faciat dictum dominum Centullum suum filium concedere homagium ipsi domino comiti et ejus successoribus et concedere ipsum ei per suum militem, et faciat ipsum recipere comitatum de Astaraco et totam suam terram a dicto domino comite, et faciat ipsum Centullum mandare et jurare ipsi domino comiti, fidelitatem et alia omnia quae ipsa domina pro predicto ejus filio ei mandaverat, uti melius superius continetur. Et ibidem dictus dominus comes, predicto Centullo existente coram ipso, flexis genibus et manibus ejusdem Centulli inter manus dicti domini comitis receptis, recepit dictum Centullum per suum militem, et recepit illum, et totum comitatum de Astaraco, et omnem suam terram cum omnibus suis pertinentiis, et Bernardum fratrem ejusdem Centulli in suo posse, et suo ducatu et protectione, promittens ei firma stipulatione, et dicte domine Segui pro eo, ut ipse sit ei fidelis dominus et legalis. Hec omnia fuerunt ita posita et concessa, XIII. die introitus novembris, feria I., regnante Lodoyco rege Francorum, et dicto domino R. Tolosano comite, et R. episcopo, anno ab incarnatione Domini MCCXLIV. Quorum omnium sunt testes, Dominus Ramundus, Dei gratia Tolosanus episcopus, et dominus Ramundus prepositus ejusdem sedis, et Martinus abbas Lumberensis, et Willelmus Ato archidiaconus Ville-longe, magister Bernardus archidiaconus Veteris-Moresii, et Willelmus Bernardus, et Petrus d'Espaor, canonici praedictae sedis, et dominus Amalricus vicecomes et dominus Narbone, et Rogerius Convenarum comes Palharensis, et Deide Baraschus, et Bernardus de Maloleone et fratres ejus, Ademarius scilicet et Arnaldus de Maloleone, et Ramundus de Bencha, et Bernardus de Monte-acuto, et Bertrandus de Insula, et Bernardus de Marestanno, et Willelmus Arnaldus de Tantalono senescalchus Agennensis, et Sicardus Alamannus, et Willermus Ferriolus, et Sicardus de Miramonte, et Rogerius de Noërio, et Michaël de Urrocio, et Petrus de Villamuro, et Belengerius de Promilhaco vicarius Tolose, et Joannes Auriolus, Bernardus Guilabertus, et Arnaldus de Escalquenichis, et Ramundus Bertrandus, publicus Tolosae notarius, qui cartam ipsam scripsit.*



**Pièce 12 - Mise en protection et en vasselage de Raymond VII comte de Toulouse du domaine comtal d'Astarac par Segnis comtesse d'Astarac et son fils Centulle II le 28 novembre 1244.**

Extrait du trésor des chartes de Toulouse, sac 7, n° 30, J 314, Archives Nationales.  
De Vic, C. Dom, Vaissète, J. Dom (1843) : *Histoire générale de Languedoc*, J. B. Paya, tome 6, Preuves de l'Histoire de Languedoc, LII, p. 455.

*Manifestum sit omnibus, presentibus et futuris, quod, postquam domina Syguis, uxor quondam nobilis viri Centulli comitis Astaracensis, pro filiis suis, et Centullus ejus filius fecerint homagium et fidelitatis juramentum domino R. comiti Tholosano pro toto comitatu et terra Astaraci, et dictam terram et comitatum ab eodem domino comite in feudum receperint, post hec Petrus de Tholosa, nomine et loco ipsius domini comitis Tholosani, et de mandato ipsius speciali, accessit personaliter ad castrum novum de Barbarencs, et ad quasdam villas et castra alia terre Astaraci, scilicet ad Selvam, ad Durbannum, ad Montem Cassinum et ad Simorram, et ibi super turrim castrum novi, et super turres et portalia aliorum suprascriptorum locorum, ratione et jure majoris domini fecit ascendere vexillum seu baneriam dicti domini comitis Tholosani, et ex parte ipsius ter preconizari et clamari alta voce signum dicti domini comitis, scilicet, Tolosam ! Tholosam ! Tholosam ! et dicta castra et villas pro eodem domino comite et nomine et loco ipsius recepit ; et ab eadem domina Sygui et Centullo ejus filio, ratione et jure feudi et majoris domini, eidem Petro de Tholosa tradite fuerunt.*

*Acta fuerunt hec iii. die exitus mensis novembris, feria II, regnante Lodoico Francorum rege, et eodem domino R. Tholosano comite, et R. episcopo, anno M° CC° XL° quarto, ab incarnatione Domini. De preconizatione autem et clamatione et aliis que ad castrum novum de Barbarencs facta fuerunt sunt testes : dominus Huguo episcopus Bigorritanus, B. abbas Fageti, Vizianus archidiaconus de Bigorra, Bernardus de Maloleone, ejusque fratres Ademarum et Arnaldus, Bernardus de Monte-acuto, Vitalis de Saysses, Odo de Turri, Poncius quondam notarius dicti domini Centulli comitis Astaracensis. Et de preconizatione et aliis que ad Selvam facta fuerunt sunt testes : dictus Vitalis de Saysses, et Poncius notarius, et Lantarius et Paucebo. Et de preconizatione et aliis que ad Durbannum acta fuerunt sunt testes : dictus Vitalis de Saysses, et Poncius notarius, et Lantarius, et poncius et bonus homo sacerdos et capellanus ejus loci et Willelmus capellanus de la Selva et Ramundus Arnaldus de Orgathio. Et de preconizatione et aliis que ad montem cassinum acta fuerunt et testes : dictus Vitalis de Saysses, et Poncius notarius et Lantarius et Paucebo et Arnaldus et Bernardus fab. et Petrus Bigorra. Et de preconizatione et aliis que ad Simorram acta fuerunt sunt testes : dictus Vitalis de Saysses, et Poncius notarius, et Lantarius et Paucebo, et Willelmus et Luccanes et Arnaldus Willelmus Barta et Ramundus Willelmus de Salinis et ejus filio Arnaldus Willelmus. Ad hec omnia supradicta fuit presens Bernardus Aimericus, publicus Tholose notarius, et hoc presens publicum scripsit instrumentum.*



**Pièce 13 - Donation de Segnis comtesse d'Astarac à Raymond VII comte de Toulouse de ses droits sur le comté de Fezensac le 25 mars 1245.**

Extrait du trésor des chartes de Toulouse, sac 12, n° 64, J 321, Archives Nationales.

Daignan du Sendat, L. (1730-1760) : *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique du diocèse d'Auch*, tome 2, Ms 70 (84), Bibliothèque Municipale d'Auch.

De Vic, C. Dom, Vaissète, J. Dom (1843) : *Histoire générale de Languedoc*, J. B. Paya, tome 6, Preuves de l'Histoire de Languedoc, LIX, pp. 462-463.

*Noverint universi, presentem paginam inspecturi sive audituri, quod domina Syguis, uxor quondam nobilis viri domini Centulli comitis quondam Astaraci, de sua mera et spontanea voluntate, nulla tamen deceptione vel violentia ad hoc inducta vel coacta, dedit, cessit, solvit et concessit, et sub perfecte et irrevocabilis donationis titulo, cum hac publica scriptura semper valitura tradidit, illustri domino Ramundo, Dei gratia comiti Tholose, marchioni Provincie, et heredibus et successoribus, et ordinio ejus in perpetuum, totum illud jus, rationem et partem quod et quam ipsa domina Syguis habebat aut habere debebat vel ei pertinebat aut spectabat, vel pertinere aut spectare videbatur et debebat, et totum quicquid petere, requirere aut amparare poterat vel putabat aliquo jure vel aliqua ratione seu quolibet modo in toto comitatu et terra Fezenciaci et in juribus et pertinentiis suis universis, et totum quicquid ipsa domina Sygnis in eodem comitatu et terra et in pertinentiis et juribus suis, vel aliquis aut aliqua pro ea vel de ea aut ejus nomine tenebat aut possidebat. Et de omnibus supradictis et singulis dicta domina Sygnis misit, posuit ac statuit, cum hoc publico instrumento, ipsum dominum comitem et heredes et successores suos in suo loco et jure ac ratione et per suum ordinium et heredem, pro omni voluntate ipsius domini comitis et heredum, et successorum et ordinii ejus inde de toto semper facienda, nulla tamen alia conditione, retentione seu repetitione ab ipsa domina Syguis penitus seu aliquatenus ibi facta, preter hoc quod ipsa, vel aliquis aut aliqua pro ea vel ejus nomine, in diem hodiernum in predicto comitatu et terra Fezenciaci tenebat et possidebat, quod ipsa domina Syguis, de dicti domini comitis voluntate et expresso concensu, sibi et heredibus et successoribus suis retinuit et reservavit. Preterea dicta domina Syguis mandavit, promisit et convenit, et, tactis corporaliter sanctis Dei Evangeliiis, juravit dicto domino comiti et heredibus et successoribus et ordinio ejus quod contra predictum donum vel contra predicta vel aliquid de predictis non veniat, aut aliqua arte vel ingenio aliquatenus venire presumat, renunciando super hiis omni juri scripto et non scripto, canonico et civili, misso vel missuro, et omnibus aliis consuetudinibus et statutis, missis vel mittendis, que sibi prodesse vel domino comiti obesse valerent. Actum fuit hoc ita Tholose, vii. die exitus mensis marcii, regnante Ludovico Francorum rege, et eodem domino R. Tholosano comite, et R. episcopo, anno M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> quinto ab incarnatione Domini. Testes presentes fuerunt : dominus Bernardus comes Convenarum, Vitalis de Casanova, Sicardus Alamanni, magister Guillelmus de Podio Laurentio capellanus domini comitis antedicti, Bernardus de Maloleone, Bonifacius de Felgari, Berengarius de Promilhaco vicarius Tholose, Vitalis de Seysses, Arssinus de Monte Esquivo, A. de Escalquencis, Joannes Aurioli, Aymericus portierius, et ego Bernardus Aimericus, publicus Tholose notarius et domine Syguis, hanc cartam scripsi.*





#### **Pièce 14 - Réception de Centulle II comte d'Astarac en moine de Simorre en août 1249.**

Brugères, L.C. Dom (1746) : *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch*, 2<sup>ème</sup> partie des preuves, Toulouse, p. 17.

*In nomine Domini nostri Jesu-Christi ; notum fit cunctis praesentibus et futuris, quod Nobilis et Potens, Vir Dominus Centullus, Dei gratiâ, Comes Astaraci, qui fuit filius Illustris Comitum Centulli, Staracensis, et Venerabilis Nobilis Dominae Na Segii Comitisse Staracensis, fecit bellum cum Arnaldo Wilhelmo de Labartha, et devicit cum, et retinuit captum cum multis militibus, et cum pluribus scutiferis, et cum multis hominibus, et in illa die fuit facta magna Stragel in campo ; et postea transactis paucis diebus, cecidit in lecto apud Simorram ; et ibidem dictus Dominus Centullus, cum de vita sua desperasset, habitum Sancti Benedicti a supradicto Bertrando Abbate recepit, qui Abbas et Conventus eundem Comitem in Fratrem et in Monachum receperunt ; recepto habitu obiit, et migravit ab hoc saeculo ; et praedicti Domini Abbas et Conventus, et familiares ejusdem domus reciperunt praedictum Comitem in spiritualibus et temporalibus, et sepelierunt cum in claustrum cum magno honore, et fecerunt ei monumentum novum in introitu Chori, et posuerunt cum ibi, et Corpus requiescit ibi, et anima ejus in Paradiso. Hujus rei sunt testes B. de Arapasaco, Abbas Fageti, et Arnaldus Paracensis, et R. W. Despax, Canonicus Fageti, et B. de Alneto, Sacerdos ; et Frater Wilhelmus de Monteacuto, et Dominus Wilhelmus Arnaldus de Birano, et Gastinus de (...) miles, et Luasseus de Sancto Romano, et Centullus de Logorsano, et Centullus de Stelano, et Ugo de Lassera, et Amaneus de Logorsano, et plures alii : et ego Brunus scriptor publicus, Notarius Staraci, qui hanc cartam scripsi. Actum fuit hac in Claustrum Cimorrae, mense Augusti, in festivitate Sancti Bartholomaei Apostoli, anno ab Incarnatione Domini, M. CC. XL. IX. regnante Ledovico Francorum Rege, ipsomet Centullo Staracensi Comite, et Hispano Auxis Archiepiscopo.*

**Pièce 15 – Liste des donations consenties par les comtes d'Astarac aux autorités ecclésiastiques entre le milieu du X<sup>e</sup> siècle et le milieu du XIII<sup>e</sup> siècle.**

Membres de la famille comtale d'Astarac	Année(s)	Donation(s)	En faveur de	Source(s)
Arnaud-Garsie	950 env.	Lieu de (Lanne)francon avec ses dépendances	Abbaye de Simorre	Brugères 1746, p. 534.
Arnaud II	Début XI <sup>e</sup>	Eglise de Pouyloubrin	Abbaye de Simorre	Brugères 1746, p. 534.
Arnaud II ?	Début XI <sup>e</sup>	Alleu de Martignan	Abbaye de Peyrissas	Ourliac, Magnou 1984, acte n° 350.
Arnaud II	1020 env.	Monastère de Sarrancolin	Abbaye de Simorre	BnF, fonds Baluze, volume 72, f° 370v°. Brugères 1746, preuves 2 <sup>ème</sup> partie, p. 10.
Guillaume I	1025-1031	Monastère de Pessan	Abbaye de Simorre	Sainte-Marthe 1715, I, preuves, p. 168. Brugères 1746, preuves 2 <sup>ème</sup> partie, p. 11.
Guillaume I	1023-1034	Monastère de Sainte-Dode	Abbaye de Simorre	AD32, D 255. Sainte-Marthe 1715, I, preuves, p. 168. Brugères 1746, preuves 2 <sup>ème</sup> partie, p. 12.
Guillaume I	1034 env.	Eglise, lieu de Sainte-Aurence et dépendances	Archevêque d'Auch	Brugères 1746, preuves 1 <sup>ère</sup> partie, pp. 15-16. Lacave La Plagne Barris 1899b, acte n° 41.
Sanche I	1050 env.	Droits sur le lieu de Saint-Maur, y compris le monastère	Abbaye de Saint-Pé-de-Bigorre	BnF, Ms lat. 12751, f° 287.
Sanche I	1075 env.	Monastère de Saramon	Abbaye de Sorèze	Brugères 1746, preuves 2 <sup>ème</sup> partie, p. 45.
Sanche I	1075 env.	Réduction du monastère de Sainte-Dode	Abbaye de Simorre	Brugères 1746, preuves 2 <sup>ème</sup> partie, p. 13.
Sanche I	1096	Lieu de Fonsorbes	Ordre de Saint-Jean-de-Jérusalem	Du Bourg 1883, pp. 21-22.
Bernard I	1121	Non précisé	Monastère de Saint-Orens d'Auch	Brugères 1746, p. 536.
Bernard I et Sanche II	1128-1131	Terre, église de Berdoues et dépendances dont le bois de Violes	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 92.
Bernard I	1142	Droit de pâturage sur les terres comtales	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 350.
Sanche II	1142	Bois de Tinariama, terres alentours et voie	Monastère de Boulaur	Brugères 1746, preuves 3 <sup>ème</sup> partie, p. 72.
Bernard I	1148	Viguerie de Simorre autrefois usurpée	Abbaye de Simorre	AD32, 1 Mi 25, p. 15.
Bohémond	1148 env.	Droits sur Saint-Maur (confirmation)	Abbaye de Saint-Pé-de-Bigorre	BnF, Ms lat. 12751, f° 287.
Bernard I et Sanche II	1152 ?	Bois de Violes (confirmation)	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 93.
Sanche II	1156	Engagement de divers casaux	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 94
Sanche II	1156	Droit de pâturage sur les terres comtales	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 96.
Sanche II	1157	Confirmation des donations précédentes et terre de Taran	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 268.
Bohémond	1167	Terre située sous la terre d'Espaon, de Moulens, La Pogge et la place pour construire un moulin	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 97.
Bohémond	1172	50 sous que doivent donner annuellement abbés et clercs de Pessan	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 87.

*Fortifications seigneuriales et résidences aristocratiques gasconnes  
dans l'ancien comté d'Astarac et ses marges (X<sup>e</sup>-XVI<sup>e</sup> siècles)*

Bohémond	1174	Vente de la <i>villa</i> de Lamaguère, de ses dépendances et de droits sur la <i>villa</i> d'Arcagnac (confirmation)	Archevêque d'Auch	Lacave La Plagne Barris 1899b, acte n° 118.
Bohémond	1175	Affranchissement des terres données dans le comté à l'abbaye de Berdoues.	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 95.
Bohémond	1175	Droit de pâturage sur ses terres, exemption de leudes et de péages.	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 267.
Savaric	1180 av.	Autorisation à ses vassaux du domaine de Lafite de se faire religieux	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 474.
Savaric	1186	Possessions à Taran	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 595.
Eisemene et Marquèse	1188	Possessions à Theux-Vieux et Theux-Neuf	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 98.
Roderic et Bénétrix	1190	Possessions à Theux-Vieux et Theux-Neuf (confirmation)	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 99.
Marquèse et Bénétrix	1191	Possessions à Theux-Vieux et Theux-Neuf (confirmation)	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 100.
Vital de Montégut et Bénétrix	1200	Engagement du <i>castellum</i> d'Antajan pour 300 sous morlas	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 101.
Géraude et son époux	1210	Possessions à Aujan	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 684.
Centulle I	1211	Engagement du casal de Lacort et don des revenus de celui-ci situé à Ponsan	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 103.
Centulle I	1218	Possessions tenues en engagement au <i>castrum</i> de Belloc et ses dépendances, ainsi qu'à La Fite de Saint-Arroman	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 102.
Centulle I	1220	Possessions à Sauveterre avant son départ vers Jérusalem	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 716.
Centulle I	1227	Dîmes détenues par le comte dans son comté	Archevêque d'Auch	Brugèles 1746, preuves 1 <sup>ère</sup> partie, p. 44.
Centulle I et Rubea	1234	Confirmation des donations et privilèges. Exemption de redevances sur le territoire de l'abbaye et ses dépendances	Abbaye de Berdoues	AD32, I 158. BnF, fonds Duchesne, volume 116, f° 1r°.
Centulle II	1240	Sauvegarde comtale sur l'abbaye	Abbaye de Bonnefont	AD32, I 545.
Séguine	1249	Transaction sur les droits seigneuriaux de La Gavarre	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 555.
Bernard IV	1252	Exemption de leudes	Abbaye de La Case-Dieu	Larcher, V, acte n° 48.
Bernard IV	1253	Terre sur le bord du Gers	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 450.
Bernard IV	1256	Terre sur le bord du Gers	Abbaye de Berdoues	Cazauran 1905, acte n° 451.

**Pièce 16 - Hommage prêté par Bernard IV comte d'Astarac à Thibaud II dit le Jeune, roi de Navarre, le 3 décembre 1265.**

Section des Comptes, Documents Caisse 2, n° 102, Archives Générales de Navarre (Espagne).

*Nos Bernardus dei gratia comes de estarac : facimus omnibus manifestum nos esse militem et fidelem hominem Th(eobaldo) dei gratia regis navarra illustris campanie et brie comitis palatini pro quincaginta marchis stellinsorum valentibus mille et quingentos solidos mollennorum de quibus eidem homagium fecimus nobis seu nostre comito nuntio ipsius regis Litteras defen(di)ti singulis annis de suo quamdiu viximus solvendis in festo Sancti michael tolose in domo fratrum predicatorum ibidem existentium quonsque ad arbitrium religiosi viri fratris guillelmi gaufredi abbatis belle pertice ci(s)terciensis ordinis et Raimondi guillelmi de caupena militis nobis in comitatu bigorritano terram duxit assignandam ad valorem quinquaginta marcarum predictarum valentium mille quingentos solidos mollennorum et si dicti abbatis et Raimondus guillelmi hac adimplere nec posserit per alias duos prudentes viros communitus a domino rege et a nobis elecibus Idem rex assignationem hujusmodi nobis duxit faciendam salvis in omnibus homagio et fidelitate a nobis debitis illustri viro domino comiti tolosano. Nos insuper tenemur et ad hoc obligamus nos ipsum dominum regem navarra jurare in omnibus comite omnes excepto dicto domino comite tolosano. Debet ante dominus rex navarra predictus nobis sumptus et expensas facere dominus ad mandatum ipsius nos equitare contigit. Sicut aliis suis hominibus facere consuevit. In cujus rei testimonium presentes litteras nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum apud montem in estarac die jovis post festum Beati andree apostoli. Anno domini MCLX quinto.*



**Pièce 17 - Paréage entre Bernard IV comte d'Astarac et l'abbé de Faget concernant la ville de Seissan le 25 avril 1266.**

Monlezun, J.J. (1849) : *Histoire de Gascogne, depuis les temps les plus reculés jusqu'à nos jours*, Brun Libraire-Editeur, tome 6, Auch, pp. 199-201.

*In nomine Domini. Cum sollicitudines et occupationes variae rerum temporalium occupent animum, ne possit discernere verum quid sit igitur utilius eligendum, ideo dictis prudentium virorum est subtilius insistendum. Scriptum est enim namque vae soli, quia si ceciderit, non habebit sublevantem. Verumtamen cum propter malitias hominum et instantias diversi modas guerrerum nos Bernardus, permissione divinâ abbas Fageti, populum de Seyssano soli nequeamus regere et defendere, ideo brachium seculare, scilicet **dominum Bernardum, Dei gratiâ comitem Astariacensem, et ejus legitimos successores**, de consilio et voluntate canonicorum nostrorum ecclesiae sancti Salvatoris de Fageto, in nostrum invocavimus auxilium et juramen. Undè notum fieri volumus universis praesentibus et futuris, quos nos praedictus abbas, de consilio bonorum virorum, cum haec presenti carta in perpetuum firmiter valitura pensatâ et consideratâ utilitate **dicti castri de Seyssano**, concedimus pro nobis, et pro omnibus successoribus nostris, in eadem populatione vobis Bernardo, eâdem gratiâ comiti Astaraci, et legitimis successoribus vestris, omnia quae inferius annotantur : tali videlicet pacto, ut vos et successores vestri, fideliter habeatis, teneatis et deffendatis omnes homines et mulieres, per vos et magnos, intûs et extrâ, propè et longè, predicti castri de Seyssano, et omnes res illorum mobiles et immobiles, et omnes familias eorum, cum omnibus suppellectilibus eorundem, nec à predictis hominibus, occasione defensionis vestrae sive protectionis, seu alio quolibet modo, aliquid precipiatis, vel aliquam exactionem faciatis, vel ab eis servitutem indebitam exigatis, nisi tantum hoc quod à nobis vobis concessum in hoc fuerit instrumento ; volumus etiam enim quod in unoquoque foco nostrae populationis de Seyssano pro aubergentia unius militis et unius scutiferi semel in anno, habeant solvere duodecim denarios Morlanorum et unum sextarium avenae in festo omnium Sanctorum ; et nuncius noster colligat denarios dictos et avenam, et teneatur reddere nobis vel nuncio nostro infra mensem post supradictum festum omnium Sanctorum denarios dictos, et si homo perciper vel mulier tenens focum deesset in solvendo ad arbitrium capituli ejusdem loci et quatuor bonorum virorum, dicta pensio moderetur, et insuper concedimus vobis, quod homines de Seyssano teneantur vobis vendere panem, et vinum, et carnes et alia ad victum necessaria, dum possint et habeant juxtâ forum ejusdem castri, et vos persolvatis eis pretii denarios, vel bona pignora, quae in triplo excedant, eis obligata, quae poteritis manu levare usque ad caput mensis cum bono fidejussore, qui teneatur denarios solvere, vel reddere creditori pignora. Si non solveritis infrâ mensem, ex tunc creditor possit ae vendere prout melius poterit, ubicumque voluerit, excepto in Fezensiaco, et Armaniaco, et Magnoaco ; et venditis pignoribus creditor teneatur vobis et vestris reddere quod super extiterit bona fida. Et si forte, quod absit, vos vel vestri, offeretis denarios vel pignora dictae venditionis, homines in Seyssano non teneantur vobis vendere aliquid, vel manu levare, donec de dicta pecunia creditori plenariè fuerit satisfactum. Praetereâ volumus et concedimus vobis, ut homines de Seyssano sequentur vos in cavalgatam et in hostem, quando homines de Simorra et de Fageto vos sequentur, alias vero minime teneantur vel compellantur. Nos vero praedictus B. Dei gratiâ comes Astariaci, videntes et attendentes benevolentiam vestram B. eadem gratia abbas Fageti, et canonicorum vestrorum, insuper inspicientes honorem et profectum totius canonicatus vestri, de consilio nobilium virorum, et maxime totius curiae Astariaci, recepimus gratuitè ea quae nobis concessistis in praedicta vestra populatione de Seyssano, et sumus benè parati, et donamus et concedimus vobis, et successoribus vestris et maximè ecclesiae sancti salvatoris de Fageto, pro nobis et omnibus successoribus nostris, quod praedictos homines, et mulieres, et servos, et ancillas, et omnes res mobiles et immobiles praedictae vestrae populationis de Seyssano sicut*

*nostros proprios homines deffendemus et tuebimur in quantum poterimus, et de omnibus eisdem injuriantibus, prout facultas sese obtulerit eis justitiam exhibentes. Praeterea damus et concedimus eis et peccoribus illorum, pascua et herbagia, et aquas et ligna, et omnes fructus cujuscumque generis sint per totam terram nostram, et per totum comitatum nostrum, solummodo quod quâlibet nocte in praedicti castrî termino revertantur. Promittimus etiam vobis, quod si nos, vel nostro, aliquam injuriam scienter, vel nescienter, dictis hominibus irrogaverimus, infrâ quindecim dies postquam requisiti fuerimus, emendationem faciemus congruentem ; verumtamen ne ab aliquibus in posterum valeat dubitari et in melius à nobis, et postmodum à successoribus nostris firmiter asservetur, nos praedictus B. comes Astariaci, non coactus, nes deceptus, nec invitus sed spontaneus promittens, confirmamus et asserimus omnia, prout superius sunt annotata et scripta fideliter servaturos, et ad majorem roboris firmitatem manu nostrâ propriâ tactis sacrosanctis evangeliis juravimus fideliter servaturos et impleturos, si forte aliquis nostrae successionis in posterum frangere sive rumpere presumpserit, iram et maledictionem omnipotentis Dei incurrat et cum Dathan et Abiron quos terra vivos abstraxit, in infernum demergetur. Actum est hoc septimo calendas maii in claustro Simorrae, in presentia illustris viri domini comitis convenarum, et suae curiae, et curiae Astariaci et venerabilis domini Raymundi, abbatis Simorrae et totius conventus ejusdem loci, anno millesimo sexagesimo ducentesimo sexto, regnante Ludovico, Francorum rege, et praedicto domini B. Astariaci, comite, et domino Amanevo, Auxitano archiepiscopo. Horum omnium sunt testes praedicti domini B. comes convenarum, et dominus R. Abbas Simorrae ; et Johannes, abbas Cellae fractae, et prior Sanctae Dodae, et Oddo Delspac, canonicus Lectorensis, et B. Destral, sacrista Simorrae, et Paninus-Anerii Desparros et Gasto de Panassaco et B. de Orbis, et Arnaldus Guillelmi de Vallecava, et Arnaldus de sancto Romano, et ego Brunus scriptor, publicus notarius Astariaci, qui haec vidi et audivi, et de mandato et voluntate utrarumque partium hanc cartam per alfabetum divisam scripsi, et signo meo signavi in testimonium praemissorum.*

**Pièce 18 - Arrêt pour l'abbaye et les habitants de Simorre contre Bernard IV comte d'Astarac en décembre 1284.**

Brugèles, L.C. Dom (1746) : *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch*, 2<sup>ème</sup> partie des preuves, Toulouse, pp. 22-23.

*Philippus, Dei gratiâ Francorum Rex, universis praesentes litteras inspecturis salutem ; Notum facimus, quod cum olim fuisset, lata sententia in Curia nostro pro dilecto et fideli nostro **Bernardo Comite Astariaci, contra Abbatem et Conventum, et homines de Cimorra** ; quod dictus Comes erat in possessione quaestandi, et percipiendi quaestas, et vendas apud Cimorram ab hominibus de Cimorra ; proposuit Procurator Monasterii et hominum praedictorum negatoriam, intentando, quod praedictus Comes, non habet jus quaestandi, seu percipiendi quaestas et vendas apud Cimorram, nec apud sanctam Dodam, nec in pertinentiis dictarum villarum, cum dictae villae, cum pertinentiis, pertineant ad Monasterium de Cimorra, jure Domini, et in dictis villis et pertinentiis, ut dicebat Procurator Monasterii habet dictum Monasterium omni modam Justiciam altam et bassam, et merum et mixtum impetium, et etiam jus recipiendi juramentum fidelitatis ab hominibus dictarum villarum et pertinentiarum, et etiam creandi ibidem Notarios, et etiam habendi ibidem furcas et spiclorium, ad puniendum delinquentes, quas furcas et spiclorium dicebat procurator dicti Monasterii, dictum Comitem, seu ejus mandatarium diruisse minus justè, et furcas et spiclorium ibidem erexisse nomine suo in praejudicium Monasterii praedicti : quarè petebat dictus procurator pronunciari diffinitivè, Comitem praedictum non habere jus percipiendi praedicta, nec faciendi. Item dicebat praedictus Procurator quod homines de Cimorra erant in possessione, vel quasi, juris cundi ad nemora dicti Comitum, sita juxtâ savè propè territorium Cimorrae, et scindendi ligna et fustes ad opus domorum suarum et aliorum necessariorum suorum, et immittendi in dictis nemoribus, et aliis terris incultis, et pascuis dicti Comitum animalia sua, et jus depascendi ibidem cum animalibus suis ; et fuerunt in possessione per triginta per quadraginta annos, et per tantem tempus quod de contrario memoria non existit, usque ad sex vel septem annos ultimo prae tritos, à quo tempore dictus Comes eos defaivavit, seu spoliavit ; quare petebat, dictum Comitem condemnari ad restituendam possessionem praedictam, et jurium vel quasi praedictorum, et quod patientiam praestaret. Item quod cum Arnaldus quondam Abbas Cimorrae, **teneret et possideret nomine dicti Monasterii castrum, sive fortalicium de Maceriis, situm et constructum super Ecclesiam dicti Loci, cum villa et pertinentiis dicti loci, sive villae**, Centullus quondam pater, Comitum qui modo est, occupavit dictum castrum, seu fortalicium, cum dicta villa et pertinentiis ejus, et possessionem praedictam indebitè et injustè : unde cum Comes praedictus fit haeres dicti Centulli, et praedicta detineat occupata, minus justè sive alius nomine ipsius, petebat dictus procurator, dictum Comitem compelli, ad reddendum seu restituendum dicto Monasterio praedictum castrum, cum villa, pertinentiis, et possessionem, vel quasi dicti castri et villae cum pertinentiis, et cum fructibus perceptis si extant, alioquin valorem, quem estimat quingentas marcas argenti, et expensas factas in lite, juditis officium implorando. Item proposuit dictus Procurator, quod cum Abbas Cimorrae, **vellet nos associare ad faciendum bastidas apud villam veterem propè Cimorram, et apud Gardam propè sanctam Dodam**, in quibus locis dicebat dictus Procurator dictum Monasterium, omnimedam jurisdictionem habere, et dicta loca ad dictum Monasterium jure domini pertinere ; dicto Comite Astariaci, contrarium asserente, et dicente ad se pertinere praedicta, et se non teneri ad praemissa facienda ; asserente etiam, se habere jus quaestandi et percipiendi quaestas et vendas in dictis villis, et se esse in possessione dominatus omnium praedictorum ; et quod Abbas non poterat non associate ad faciendum bastidas apud villam veterem, propè Cimorram, nec apud Gardam propè Sanctam Dodam ; et quod dicta loca erant infrà metas sui Comitatus. Tandem super praemissis factis inquestis, viris probationibus et rationibus partium, judicatum fuit, dictum Comitem non habere jus quaestandi,*



*seu percipiendi quaestas et vendas in villis praedictis de Cimorra et de Sancta Doda. Item judicatum fuit homines de Cimorra esse in possessione, vel quasi eundi ad nemora dicti Comitis, sita juxtà, sive propè territorium Cimorrae, et sciendendi ibi ligna et fustes ad opus domorum suarum, et aliorum necessaricum, et immittendi animalia sua in dictis nemoribus, et allis terris incultis, et pascuis dicti Comiti, et juris depascendi ibidem cum animalibus suis ; Et quod dictus Comes restituat eisdem dictam possessionem. Item, judicatum fuit quod dictus Comes restituat dicto Monasterio de Cimorra possessionem castri, sive fortalicii de Maceriis cum villa et pertinentiis ejusdem. Item judicatum fuit, quod nos non debemus admittere associationem apud villam veterem propè Cimorram, et apud Gardam propè sanctam Dodam, pro bastidis ibidem faciendis. In cujus rei testimonium praesentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisiis anno Domini, M. CC. octuagesimo quarto, mense Decembris.*

**Pièce 19 - Compromis réalisé entre Centulle III comte d'Astarac et Amanieu II archevêque d'Auch le 29 novembre 1291.**

Daignan du Sendat, L. (1730-1760) : *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique du diocèse d'Auch*, tome 1, Ms 70 (84), Bibliothèque Municipale d'Auch.

Chérin, B. (1784) : *Généalogie de la maison de Montesquiou-Fezensac suivie de ses preuves*, Paris, pp. 231-233.

*Noverint universi quod cum Nobilis vir Centullus Dei gratia Comes Astariaci, ratione et causa compromissi et facti inter ipsum, ex parte una ; et Reverendum in Xpo Patrem Amanevum Dei gracia Archiepiscopum Auxitanum et Bernardum de Maurieto, Canonicum in Ecclesia Auxitana et Procuratorem et Syndicum Ecclesie predictae et Abbatem de Pessano et de Fageto et nomine Capitulorum suorum (...) ex altera ; super omnibus questionibus, controversiis, causis seu litibus quas habebant inter se (...) ratione aliqua sive causa, de jure vel de facto, in Nobiles et discretos viros Dominum Hotonem de Lomania, Militem, et Reverendum Patrem Dominum Arnaldum-Othonis Dei gracia Abbatem Condomii, promississet inter cetera pro predictis et singulis in Instrumento dicti Compromissi, manu mei Notarii infra scripti, confecti, attendendis et complendis (...) plures fidejussores dare, preter illos nominatos in predicto Instrumento dicti Compromissi et plura alia Castra, preter nominata et tradita dictis Arbitris, (...) volens attendere quod promisit pro parte ejusdem Domini Comitum, pro predictis omnibus et singulis in Instrumento dicti Compromissi per ipsum Dominum Comitum et ejus partem promissis et concessis ; attendendis, complendis et firmiter observandis, et pro solutione pene in predicto Instrumento dicti Compromissi contenta, si in totum vel in parte in contrarium ageretur ; ad preces et instanciam dicti Domini Comitum ad requisitionem ejusdem per dictos Arbitros eidem factam, obligaverunt se principaliter et in solidum constituentes se super hoc principales, scilicet, Dominus Bernardus d'Orbassanis, Dominus Aymericus de Montesquivo, Dominus Arnaldus de Sancto Roma, Dominus Hugo de la Serra, Dominus Caudero, Milites, Arnaldus-Bernardi de Vallecava, Do. de Sabalhano, Domicelli, se suaque bona omnia pro predictis specialiter obligando, qui se facturos et curaturos cum effectu et sub pena predicta in predicto Instrumento dicti Compromissi contenta, comitenda et solvenda pro medietate alteri parti et quo ad aliam medietatem Domino nostro Regi et michi Notario infrascripto stipulante sollempniter vice et nomine ipsorum, quod pars predicti Comitum tenebit et observabit omnia predicta et singula in Instrumento dicti Compromissi contenta, nec non (...) Sententiam seu Sententias dictionum Arbitrorum (...) que ipsis inter partes predictas pronunciari contigerit super predictis omnibus et singulis vel aliqua de predictis in predicto Instrumento contentis, et quod nulla ratione vel modo adversus et contra (...) predicta, vel aliquod predictorum, dictus Dominus Centullus per se vel per alium, restitutionem aliquam implorabit (...) Item pro dicta exactione et executione facienda per dictos Arbitros Arbitratores de eorum laudo, Sententia seu pronuntiatione proferendis inter partes predictas, auctoritate Compromissi predicti, ad requisitionem dictionum Arbitrorum, dictus Dominus Comes et alii sponsores principales superius nominati tradiderint (...) Arbitris antedictis, **Castra et loca de Labeiano et de Altaripa et de Silva** (...) et se tradituros die crastina juxta mandatum per dictos Arbitros eis factum promiserunt (...) possessionem (...) eorundem Castrorum, scilicet, dicti Castri de Labeiano, Guillelmo Boias, et de Altarip, Guiraud de Savinhaco, et de Silva, Hotoni de Lalanda, quos ibidem ad recipiendum possessionem Castrorum predictorum et receptam retinendum et recipiendum sacramenta fidelitatis hominum Castrorum predictorum et colligendum fructus et redditus eorundem, procuratores constituerunt in predictis Arbitri memorati ad habendum, tenendum et possidendum (...) quousque exactionem et executionem ad plenum fecerint de predictis in dictis Castris et eorum pertinentiis, juxta Instrumento dicti Compromissi concessam per dictum Dominum Comitum eis formam, (...) volentes et concedentes tam idem Dominus*

*Comes, quam alii sponsores seu principales quod Curia Sigilli Domini Regis Senescallie seu Vicarie Tholose, Juridictioni, cujus ex certa scientia se sub posuerunt (...) compellat ipsos (...) ad tenendum et servandum (...) Sententiam seu pronunciationem dictorum Arbitrorum (...) et ad solvendum dictam penam (...) per captionem et venditionem bonorum suorum et specialiter dictorum Castrorum et per captionem suorum corporum ad tenendum hostagia infra Castrum Narbonensem Domini Regis Tholose, et quod ipsis existentibus vel non existentibus in dictis hostagiis, Curia dicti sigilli possit bona et res ipsorum specialiter dicta Castra occupare (...) et garnisionem Servientum in domibus, terra et bonis eorum ponere, et tenere quousque predicta omnia et singula in Instrumento dicti Compromissi contenta et (...) Sententiam dictorum Arbitrorum (...) ad effectum duxerint, prout in eorum dicto et pronunciatione videbatur contineri (...) Hoc ita factum apud Pabiam die Sabbati post festum Beati Andree Apostoli, Regnante Philippo Francorum Rege. Hugone Episcopo Tholosano, anno ab Incarnatione Domini M. CC. XC. primo. Hujus rey sunt testes Dominus Fredolus de lo Lobenquis (...) Stephanus de Nigrostanho, et Vitalis Aycardi, publicus Tholose Notarius qui de predictis ad faciendum inde Cartam receperat mandamentum ; seu morte preventus, eam perficere non potuit, post cujus mortem Venerabiles viri Domini de Capitulo Urbis et Suburbii Tholose (...) receptis in parte papiris materiis et protocollis dicti quondam Magistri Vitalis Aycardi, tradiderunt eas Paulo de Casanova, Notario Tholose publico, cognoscentes eorum iudicio et dicentes (...) sedentes pro tribunali in eorum Consistorio quod dictus Paulus de Casanova faciat et facere possit Instrumentum seu etiam Instrumenta de omnibus illis materiis et protocollis sibi collatis, quas dictus Magister Vitalis Aycardi receperat (...) et quod (...) illa Instrumenta confecta per dictum Paulum, habeat illam efficaciam (...) ac si ab eodem Magistro Vitali Aycardi fierentur et manu sua propria scriberentur. Hoc fuit datum, cognitum et aprobatum a predictis Dominus de Capitulo XVI. de exitus mensis augusti, Regnante Domino Karolo Francorum et Navarre Rege, et Johanne Archiepiscopo Tholosano, anno ab Incarnatione Domini M. CCC. vicesimo sexto (...) Et Paulo de Casanova predictus publicus Tholose Notarius, qui Cartam istam (...) scripsit tam ex cognitione dictorum Dominorum de Capitulo quam de mandato Domini Jacob de Lathorongia, Legum Doctoris, Judicis ordinarii Tholose ac custodis Sigilli majoris Regii Senescallie et Vicarie Tholosane, literatorie sibi facto, prout inferius continetur ; verum cum dictum Instrumentum videtur fuisse receptum ad vires dicti Sigilli, per dictum Magistrum Vitalem Aycardi quondam, prout in materia ejusdem videbatur contineri et comode ex mandato dictorum Dominorum de Capitulo, predictus Paulus de Casanova, Notarius Tholose publicus, Instrumentum predictum grossare nec consicere non posset, nisi mediante mandato Superioris et specialiter Judicis Ordinarii, cui regimen dicti Sigilli pertinebat, prefatus Dominus Jacobus de Lathorongia, Judex predictus, ad requisitionem et suplicationem Discreti viri Magistri Bernardi de Noguayrosso, Jurisperiti, procuratoris Reverendissimi in Xpo Patris Domni Archiepiscopi Auxitanis (...) mandavit dicto Magistro Paulo ut dictum Instrumentum grossaret (...) Tenor vero litere mandati facti per dictum Dominum Jacobum dicto Magistro Paulo, de qua supra fit mentio, talis est : Jacobus de Lathorongia, Legum Doctor, Judex ordinarius Custosque Sigilli majoris Regii Senescallie et Vicarie Tholosane, dilecto Magistro Paulo de Casanova, Notario Tholose salutem et dilectionem : cum Magister Vitalis Aycardi, Notarius ad Sigillum predictum quondam, dum vitam ducebat in humanis, quedam Instrumenta Compromissi et Arbitragii receperit (...) et quedam alia pertinencia Domino Auxitano Archiepiscopo, que recepta ad dictum Sigillum in suis libris notavit, cumque vos eidem subrogatus fueritis (...) dicta Instrumenta in formam publicam eidem Domino Archiepiscopo seu ejus certo procuratori restituitis (...) Datum Tholose secunda die septembris anno Domini M. CCC. XXXI.*

**Pièce 20 - Acte d'émancipation de Bernard V, fils de Centulle III comte d'Astarac, réalisé le 31 octobre 1294.**

Martène, E., Durand, U. Dom (1724) : *Veterum Scriptorum et Monumentorum Historicorum, Dogmaticorum, Moraliū, Amplissia Collecto*, tome 1, Paris, pp. 1396-1397.

*Noverint universi, quod cum dominus Centullus Dei gratia comes Astaraci emancipasset Bernardum de Astariaco filium suum, cumque dictus dominus Centullus comes emancipato dicto filio suo, post dictam emancipationem dedisset eidem Bernardo filio suo totum comitatum Astaraci, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, et omne jus, rationem, et parrem, et totum hoc quod ipse habebat, tenebat, et possidebat, et habere, tenere, et possidere debebat, et quae ei pertinebant, et pertinere debebant, et petere seu requirere poterat et putabat jure successionis, pactione, vel altero quoquo modo in toto comitatu Astaraci, et in castris, et villis, et locis, et allodiis, et tentoriis existentibus in toto praedicto comitatu et infra terminos et limites dicti comitatus, retento sibi, quamdiu vixerit, usufructu, prout haec et alia in quodam instrumento eodem die quo haec acta fuerunt recepto per me notarium infra scriptum continentur, idem Bernardus de Astariaco gratis et sua spontanea voluntate et libero animo, non inductus, ut asserit, vi, fraude, vel dolo, sine aliqua machinatione, dedit, cessit et transtulit pura et simplici donatione inter vivos perpetuo valitura, praedicto Centullo patri suo tamquam, ut dixit, benemerito castra, villas et loca infra scripta, cum eorum pertinentiis, allodiis et territoriis, scilicet de Miramonte, de Labeiano, de Granata, de Castillione, de S. Johanne, et incursus Arnaldi, Guillermi Lofori et domini Vitalis de Vallatis militis, ad habendum, tenendum et possidendum, vendendum, distrahendum, et alienandum, et quicquid sibi placuerit faciendum. Retinuit tamen dictus Bernardus de Astariaco ante dictam donationem, et in ipsa, et post, quod quicumque habuerit et possederit castra, villas et loca praedicta, ea teneat in feudum honoratum a dicto Bernardo de Astariaco, et recognoscat et recognoscere teneatur ab eodem Bernardo de Astariaco, et praestet et praestare teneatur sacramentum fidelitatis eidem Bernardo, et eidem subsit, et serviat, et servire teneatur, sicut alii comitatus Astariaci nobiles et barones. Voluit insuper et concessit dictus Bernardus, quod dictus dominus Centullus pater suus possit et sibi liceat, quotiescumque et quandocumque voluerit, et sibi placuerit, construere bastiras in omnibus singulis locis religiosorum comitatus Astariaci de cetero acquirendis, in quibus comes Astariaci nullam haberet partem, et quod de parte ipsum contingente bastitarum praedictarum possit facere omnimodam voluntatem : ita tamen et tali modo, quod illi qui habent partem praedictam praedictarum bastitarum ipsum comitem contingentem, praedictae partes teneantur praestare sacramentum fidelitatis et facere homagium, et serviant, et servire teneantur dicto Bernardo de Astariaco, sicut alii milites nobiles et barones comitatus Astariaci facient et servient, et servire et facere tenebuntur. Dedit et cessit dictus Bernardus de Astariaco praesato domino Centullo viginti millia librarum Turonensium magnorum in comitatu et super comitatum Astariaci, volens dictus Bernardus de Astariaco et concedens, quod dominus Centullus pater suus praedictus in vita sua de dictis viginti mille libris Turonensibus possit testari, et de eisdem facere prout ibi placuerit, filiis et filiabus, et aliis personis quibuscumque, prout sibi virum fuerit, necnon aliam suam facere voluntatem omnimodam, et emendam facere, et cum istis contentos faciet fieri filios et filias, si ipsum habere contigerit, una cum aliis bonis dicto suo patri per ipsum Bernardum donatus : ita tamen et tali modo, quod post obitum dicti domini Centulli medietas reddituum omnium et singulorum cujuscumque conditionis existant, reddituum excuntium, provenientium a dicto comitatu Astariaci quolibet annp pertinentium ad ipsum Bernardum de Astariaco et pertinere debentium pro persolvendis dictis viginti millibus libris, pro parte eorundem dicta medietas reddituum praedictorum detur et persolvatur illis, quatenus dictus dominus Centullus voluerit, et in sua vita expresserit in testamento vel alias, donec eisdem omnibus et singulis de praedictis viginti mille libris Turonensibus integre fuerit satisfactum,*

*dando, cedendo, et concedendo eidem domino Centullo tamquam benemerito ex causa praedicta, omnia jura sua et rationes et actiones personales, reales, mixtas, utiles, et directas in praedictis super donatis et quolibet praedictorum sibi competentes et competituras, pro faciendo ipsius domini Centulli patris sui et suorum heredum et successorum de omnibus et singulis super eidem donatis sua omnimoda voluntate, et super omnibus praemissis et singulis dictus Bernardus de Astariaco ex certa scientia certioratus de jure suo per me notarium infra scriptum renuntiavit juri dicenti seu innuenti donationem non valere, si modus vel causa, pro qua facta fuerit deficiat in eodem, et juri dicenti : donationem excedentem summam quingentorum aureorum factam sine insinuatione judicis et actis intervenientibus non valere, et juri dicenti donationem factam propter susceptionem liberorum supervenientium revocari posse, necnon omnibus aliis juribus canonicis et civilibus, et aliis exceptionibus, foro, usui, terrae, et consuetudini, et omnibus aliis diffinitionibus, cum quibus vel per quae contra praemissa vel aliquod praemissorum per se vel per alium in judicio, vel extra, de jure vel facto venire posset, vel aliquatenus se juvare. Praeterea quod dictus Bernardus, ut asseruit, erat minor viginti quinque annorum, major tamen quatuordecim sponte sua juravit super sancta Dei evangelia manu ejusdem corporaliter tacta, omnia et singula praemissa rata habere et firma, et perpetuo ea tenere et servare, ut superius sunt expressa, vel per se vel per alium non contra facere vel venire, nec restitutionem aliquam impetrare occasione minoris aetatis, vel alterius cujuscumque, quam quidem donationem et omnia et singula praedicta praedictus dominus Centullus comes et Bernardus ejus filius existentes apud Orthesium ante praesentiam domini Rogerii Bernardi comitis Fuxi, vicecomitis Bearnii, et Castri-Boni, et prorogando suam jurisdictionem quod ad omnia et singula contenta, quam praesenti instrumento insinuaverunt, et insinuatam esse voluerunt cum hoc praesenti instrumento publico. Cui quidem donationi et omnibus aliis et singulis supradictis praedictus dominus Rogerius Bernardus, ad requisitionem tam praedicti domini Centulli, quam dicti Bernardi ejus filii suam auctoritatem interposuit pariter et decretum. Actum fuit hoc apud Orthesium die Dominica ante festum omnium sanctorum regnante Philippo Franciae rege, et Hugone episcopo Tolosano anno ab Incarnatione Domini millesimo CCXCIV. Hujus rei sunt testes R. frater Raymundus Lascurensis episcopus, Garcias Arnaldi dominus de Navailles, **Bonismundus de Astariaco**, Rogerus de Convenis, Bernardus de Jordani Insula, Fortanerius dominus de Lascuno, Petrus Bernardi Jordani, Vitalis de Forgis, Fortanerius de Morlanis. Et ego Petrus Raditor publicus Tholosae notarius, qui de voluntate dicti domini Rogerii Bernardi et ad requisitionem tam praedicti domini Centulli, quam Bernardi ejus filii cartam scripsi.*

Extrait du Livre Rouge de Mirande, AA1, f° 86 r°-v°, Archives Municipales de Mirande.

(f° 86 r°) *Noverint universi. **Quod nobilis dominus Centullus dei gratia comes Astaraci. Et Bernardus de astariaco eiusdem domini. Centulli filius.** Constituti ante presentiam. Nobilis domini Rogerii bernardi dei gratia comitis fuxi. vice comitis Bearum et Castri boni. apud ortesium. Et quo ad infrascriptam emansipationem eius jurisdictionem gratis spontanea voluntate pro Regando ex terra sacritia. Dictus dominus Centullus dictum Bernardum filium suum. ibidem presentem Requiventem et petantem cum instantia emancipavit et a sacris nexibus sue patre potestatis liberavit penitus et eximit. co(n)stituendo eundem patrem familias et sui juribus. Datis et concedens dicto bernardo filio suo plenam et liberam potestatem. Standi. Insudicto emendi vendendi. locandi donandi. et contractus quoscumque alios. faciendi. obligandi et obligationes inse Recipiendi. et se aliis et alios sibi Incontractibus seu quasi contractibus obligandi. testandi. et dominus omnia alia et singula faciendi. que quilibet paterfamilias et cuius Romanus Ingenius et sui juris faceret seu facere posset. seu deberet. non obtente in aliquo jure seu vinculo sue patre potestatis. Quam emancipationem fecit. dictus dominus Centullus. dicto filio suo. certus et cercioratus per me notatis infrascriptum. de essecus ipsius emancipationis. et. de jure quod patri*

*habet seu habere infilio insua patria potestate. existenti. Quibus omnibus et singulis supradictis et emancipationi predictos. predictus dominus Rogerius bernardi coram quo predicta acta fuerunt avitatem suam Interposuit et decretum. ad Regnitionem tam predicti domini Centulli quam dicti bernardi eius filii. Actum fuit hoc apud ortesium die dominica ante festum omnium Sanctorum. Regnante philippo francorum Rege. et hugone episcopo tholosano. Anno ab Incarnatione domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> quarto. Huius Rei sunt testes. frater Raymundus lascarremus episcopus. Galhardus oloremus episcopus. Garsias arnaldi dominus de noalhas. **Bonismundus** (f<sup>o</sup> 86 v<sup>o</sup>) **de astariaco**. Rogeris de convenis. Bernardus Jordani de Insula. fortanerus dominus de lascuna. Petrus Bertrandi Jordani. Vitalis de forgis. magister fortanerus de morlanis. Et egos petrus Raditor publica tholoze. et curia domini Vitarii tholoze notarius. Qui de voluntati dicti domini Rogerii bernardi. et ad requisitionem tam dicti domini Centulli. quam bernardi eius filii cartam istam scripsi.*

*Hoc translatum transtulit Raymundus olmeria publicus tholoze. ac curie domini vicarius tholoze. et curie sigilli. senescallus et vicarius tholoze domini Regis francorum notarius. de quadam carta alphabeto divisa quam petrus. Raditor publica tholoze. et cuius domini vicarius tholoze notarius scripserit eisdem verbis et Rationibus mense febroarii. Regnante domino philippo rege francorum. et domini petro episcopo tholosano. Anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup>. Huius facta translati sunt testes. Durandus pagesia. et Raymundus Guillelmi de Rippa publici tholoze notarii. Et idem Raymundus olmaria notarius qui hoc scripsit.*

*Ego durandus pagesa publicus tholoze notarius me subscripsi.*

*Raymundus Guillelmi de Rippa publicus tholoze notarius se subscripsit.*

*Et Intestimonium quod Raymundus olmeria sit publicus tholoze et curie domini vicarius tholoze. ac curie dicti sigilli. senescallus et vicarius. tholoze notarius. et quo ipse hac translatum scripserit. sigillum predictum senescalli. et vicarius tholoze. fuit presenti translato appensum.*

**Pièce 21 - Mise en possession du château comtal et de la baillie de Castillon (commune de Villefranche-d'Astarac) pour l'abbé et le Chapitre de Simorre, 1297.**

Brugèles, L.C. Dom (1746) : *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch*, 2<sup>ème</sup> partie des preuves, Toulouse, pp. 23-25.

*Notum fit cunctis quod die Martis post festum Beati Lucae Evangelistae apud Castrum Castilionis prope Simoram juxta pontem dicti Castri. Constitutus in praesentia mei Notarii publici et testium infrascriptorum Dominus Bernardus de Sancto Esterio divina miseratione Abbas Monasterii de Simora attulerit et praesentaverit nobili viro Domino Olerico de Anglada militi superbajulo in Vasconia Domini Regis Franciae quamdam litteram patentem sigillo pendenti Venerabilis et difereti viri Domini Hugonis de Marziaco Canonici Lugdunensis tenentis locum Domini Senescalli Tolosani et Albiensis dicti Domini Regis, Sigillatam, ut in prima facie apparebat, cujus tenor talis est Hugo de Marziaco Canonicus Lugdunensis tenens locum Domini Senescalli Tolosani et Albiensis, Nobili viro Domini Olerico de Anglada militi Domini Regis Superbajulo in Vasconia vel ejus locum tenenti salutem et dilectionem sinceram. Mansamus vobis quatenus Sententiam latam, seu cognitionem factam per discretum virum Magistrum Guillelmum Boni mancipii de Sancto Paulo judiceni ad haec autoritate Regia deputatum pro Abbate Simorrae et contra nobilem virum Dominum Comitem Astaraci super missione in corporalem possessionem Dominum Abbatem et Conventum de Simorra seu ejus. Procuratorem per virtutem secundi decreti juris et facti Castri de Castilione propè Simoram cum bajulia dicti loci et pertinentiis ejusdem, et cum omni voce et plenitudine quam habebat dictus Comes pro Mensura quingintatum marcharum argenti et centum librarum Turonensium pro expensis, executioni debitae demandetis viriliter et potenter, prout in dictis Sententiis et cognitione ipsius Judicis vel ejus locum tenentis videbitis contineri, mandantes omnibus nobis subditis ut his et qua ad quae ad praemissa pertinent vobis pateant et intendant. Datum Tolosae die Lunae ante festum Beati Lucae Evangelistae Anno Domini 1297°. Item dicta die et loco Praesatis Dominus Abbas obtulit dicto Domino Olerico quasdam alias litteras duobus sigillis pendentibus venerabilium virorum Domini Hugonis de Marziaco supradicti et Magistri Guillelmi Boni mancipii de Sancto Paulo Judicis supradicti sigillatis pro ut apparebat in prima facie cujus tenor sequitur in hunc modum. Viro nobili et potente venerabili ac discreto Domino Senescallo Tolosano et Albiensi pro illustrissimo principe Domino nostro Rege Franciae vel ejus locum tenenti ac omnibus aliis subditis et fidelibus Domini nostri Regis ad quos praesentes litteras pervenerint. Guillelmus Boni mancipii de Sancto Paulo Judex deputatus in causa praesenti autoritate Regiâ salutem cum omni servitio et honore ; cum nos dudum de quo ne dum Annus sed plus quam biennium vel triennium est elapsus exigente contumacia procuratoris Domini Comitum Astariaci, procurator Domini Abbatis de Simorra et Conventus ejusdem et ipsum Dominum Abbatem in possessionem bonorum mobilium si tunc haberet vel immobilium si forsam mobilia non haberet pro modo vel mensura quingintarum marcharum argenti quam idem Scindicus Abbatiae Simorrae petebat ab ipso Domino Comite et procuratore ejusdem decernimus inducendum ac pro executione praedicti nostri decreti per executores depuratos à nobis, quia bona mobilia ipsius Comitum usque ad summam praedictam forsitam non extabant praesati executores deputati à nobis in possessione Castri Castellioni propè Simoram cum bajulia dicti loci et pertinentiis ejusdem, pro ut in totum litteris vidimus contentum autoritate Regiâ quatenus exigenat interponentes nostri primi decreti pro executione debita induxerunt ut sic saltem praesatus Dominus Comes taedio affectus vel procurator ejus veniret legitime responsurus, sed quia ne dum Anno sed plus quam biennio vel triennio elapso, idem Dominus Comes non venerit nec comparuerit nec aliis pro eodem, nec cautionem obtulit de jure patiendi suam contumaciam purgaturus ; ideo nos ad instantiam procuratoris vel Sindici Domini Abbatis de Simorra et Conventus ejusdem petentis instanter à nobis secundum interponi decretum, citati*

*jussimus dictum Dominum Comitem Astariaci ut cercâ die per se vel procuratorem idoneum corem nobis, apud Carcassonam peremptorie comparere deberet propositurus causam legitimam si quam haberet per quam secundum non deberet interponi decretum et processutus in negotio quantum justitia suaderet, qua die postea protogata usque ad diem Luna post festum assumptionis Beatae Mariae Anno inferius descripto quiâ Praesatus Dominus Comes ea die coram nobis non comparuit nec aliquid pro eodem licet usque ad diem jovis sequentem fuerit expectatus, ideo per virtutem secundi decreti a nobis interpositi dictum pocuratorem vel Sindicum Domini Abbatis de Simorra et Conventus eiusdem **in veram et corporalem possessionem juris et facti Castri praedicti de Castilione propé Simorram cum bajulia dicti loci et pertinentiis ejusdem cum eo juris plenitudine quod habeant ibidem dictus Dominus Comes pro mensura dictarum quingintarum marcharum argenti et centum librarum Turonensium pro expensis in quibus exigente contumacia procuratoris dicti Domini Comitum taxatione praemissâ et juramento praestito super ea à Procuratoria dicti Sindici, dicti Domini Abbatis et Conventus de Simorra condemnavimus et decrevimus inducendum et dictum Dominum Comitem et gentes suas à possessione rerum praedictarum autoritate Regiâ expellendum ; ea propter vos qua fungimur autorite Regiâ requirimus, nihilominus, bobis salvâ reverentiâ, injungentes, quatenus ad dicta loca personaliter accedentes si commodè postest fieri, bono modo, alioquin per alios Ministros vestros ad hoc specialiter deputandos Procuratorem dicti Domini Abbatis et Conventus de Simorra et ipsum Dominum Abbatem in possessionem rerum praedictarum cum omni juris plenitudine quod habebat ibidem dictus Dominus Comes corporaliter inducat, et ab ea possessione dictum Dominum Comitem et gentes suas viribus quibus poteritis expellatis, et dictum Procuratorem Domini Abbatis de Simorra ac ipsum Dominum Abbatem in dicta possessione sibi tradita defendatis : non enim autoritate quâ fungimur damus omnibus fidelibus Domini nostri Regis ad quos praesentes litterae pervenerint tenore praesentium in mandatis eisdem, salva eorum reverentia, injungentes, ut ad praemissa exequenda vobis praestent si necesse fuerit forciam et juvamen. Datum Carcassonae Octavo Kalendas Septembris Anno Domini 1297°. Quibus litteris perlectis coram dicto Domino Olerico de Anglada, dictus Dominus Abbas pro se et successoribus suis et Conventu de Simorra requisivit supradictum dominum Olricum de Anglada ut ipsum dominum Abbatem de Simorra nomine quo supra induceret in veram et Corporalem possessionem Castri de Castillione praedicti cum bajulia et pertinentiis dicti loci prout in dictis litteris continetur. Et ibidem supradictus Dominus Olricus de Anglada miles auctoritate dictarum litterarum accipiens per manum dexteram dictum Dominum Abbatem et ducens ipsum supra pontem dicti Castri de Castillione et mittens ipsum Dominum Abbatem infrâ dictum Castrum de Castilione ipsum que Dominum Abbatem de Simorra in veram et corporalem possessionem dicti Castri de Castilione propé Simorram cum bajulia et pertinentiis dicti Castri induxit personaliter et etiam posuit atque misit, prout in supradictis litteris continebatur, in signum dictae possessionis dicto Domino Abbati ipsum Dominum Abbatem in dicto Castro super quamdam trabem intus penè portam sedere jussit atque fecit, et ibidem tam dictus Dominus Abbas pro se et suis successoribus et Conventu Monasterii de Simorra, quam dictus Dominus Olricus de Anglada requisiverunt me Notarium publicum infra scriptum, ex meo officio, ut depraedictio ad aeternam rei memoriam facerem duo publica instrumenta per alphabetum divisa, et quod unum traderem dicto Domino Abbati de Simorra, et aliud dicto Domino Olrico, et feci secundum formam et tenorem superius denotatam. Actum fuit hoc die, qua supra, regnante Philippo Francorum Rege, Sede Tolosae vacante, anno Domini 1297°. hujus rei sunt testes ; Magister Raymundus Laurentii, Magister Guillelmus de Gans Notarius Fossiereti, Vitalis de Villanova domicellus ; Arnaldus de Bocenaco Castellanus de Sarans Domini Regis, Magister Remundus-Bernardi, Notarius Aurimontio, et Magister Andraeas, Notarius Villaefrancha, et Guillelmus-Bernardi de Claraco serviens de Sarrans ; et ego Guillelmus Azemarii Notarius, et serviens Domini Regis Franciae, qui cartam istam scripsi, et signo isto signavi, et per alphabetum divisi.***



**Pièce 22 - Procès entre le baile de la bastide de Mirande, représentant du roi de France, et les consuls de la ville d'une part, et l'abbaye de Berdoues et Bernard V comte d'Astarac d'autre part, en 1299.**

Extrait du trésor des chartes de Toulouse, n° 50, J 317, Archives Nationales.

Lalou, E., Hélyar, X. (2007) : Procès entre la bastide de Mirande et l'abbaye de Berdoues et le comte d'Astarac. 1299 (Archives nationales, J 317, n°50), *Enquêtes menées sous les derniers capétiens*, éd. Centre de ressources numériques TELMA, Paris.

Document accessible en ligne : <http://www.cn-telma.fr/enquetes/index/>.

*Hugo de Camburaco, legum doctor, iudex seu commissarius datus auctoritate regia in causa appellationis que inter bajulum **bastide de Miranda** pro domino nostro Franc. rege et .. consules dicte bastide et procuratorem domini regis, appellantes ex una parte, et nobilem virum dominum comitem Astariaci et religiosos viros abbatem et conventum monasterii Berdouarum, appellatos, ex altera, ventilatur, dilectis suis Guillelmo de Ruthena et Poncio de Bellopodio, servientibus domini nostri regis, et aliis servientibus dicti domini nostri regis quibuscumque, salutem et dilectionem.*

*Litteras dicti domini nostri regis nos recepisse noveritis quarum tenor inferius continetur, auctoritate quarum lis fuit contestata eoram nobis per neguationem et prout continetur in actis super libello infrascripto inter procuratorem Guillelmi de Nozeriis bajuli dicte bastide et sindicum .. consulum predictorum pro parte appellante comparentes et petentes ex una parte et inter sindicum .. abbatis et conventus Berdouarum et procuratorem **Bernardi de Astariaco, dicentem dictum Bernardum esse comitem de Astariaco**, comparentes et respondentes pro parte appellata ex alia, procuratore domini regis auctoritate predicta citato de mandato nostro pluries non comparente et **domino Centullo patre dicti Bernardi**, auctoritate nostra citato ad predicta pluries ad cautelam ad requestam bajuli et .. consulum predictorum, cum dictus dominus Centullus diceretur fuisse et esse comes de Astariaco, non comparente per se nec per aliquem responsalem propter quod juxta qualitatem et privilegium cause, nos iudex predictus volumus quod procederetur ulterius in dicta causa, ipsius domini Centulli absentia non obstante, parte appellante suprascripta hec instanter petente, et pro dicto domino Centullo absente, predicto libello habuimus pro responso neguando et prout in actis continetur.*

*Item noveritis quod post predicta et post plures dies continuatos et assignatos ex causa predictis partibus, comparuerunt coram nobis iudice predicto apud Mirandam, die martis proxima post octabas festi beati Martini yemalis et diebus continuatis et assignatis ex causa ibidem magister Guillelmus Martini, procurator substitutus, ut dicebat, a magistro Bernardo Johanni procuratore domini regis citato auctoritate nostra de mandato nostro et per nos domini nostri regis cum quadam substitutione sigillata sigilli magistri Bernardi predicti, ut prima facie apparebat, et Guillelmus de Nozeriis, bajulus dicte bastide et .. consules predicti et sindicus universitatis dicte bastide pro parte appellante ex una parte et sindicus dictorum abbatis et conventus et procurator dicti Bernardi de Astariaco pro parte appellata ex alia, dicto domini Centullo ad dictam diem citato non comparente per se nec per aliquem responsalem, Et nos volumus quod procederetur, in causa, dicti domini Centulli absentia nonobstante, juxta qualitatem et privilegium cause predictae, parte appellante hoc petente ut supra, Et ibidem, propositis quibusdam articulis pro parte appellante, quibusdam testibus etiam productis contra omnes suprascriptos per dictos bajulum et .. consules in tertia productione et per dictum substitutum contra dictum Centulum in prima productione. Cum fuisset in dicta causa omissum juramentum calumpnie, nos ex causa volumus quod jurarent tunc de calumpnia dicti bajulus et consules et sindicus universitatis dicte bastide, et dictus procurator dicti Bernardi de Astariaco et dictus sindicus dictorum abbatis et conventus cum haberent specialem potestatem jurandi de calumpnia, lectis primitus eisdem libello et articulis predictis et responsionibus substitutis*

*generalibus. Et ibidem dicti bajulus et consules et syndicus universitatis predicte de calumpnia juraverunt. Et procurator dicti Bernardi de Astariaco, procuratorio nomine dicti Bernardi, et syndicus abbatis et conventus predictorum syndicar nomine de calumpnia juraverunt. Et post juramentum dicti bajulus et .. consules et syndicus universitatis predicte prestiterunt in propositis et petitis per eos in libello et articulis infrascriptis et dictus procurator dicti Bernardi et dictus syndicus dictorum abbatis et conventus prestiterunt in responsionibus suis factis generaliter et libello predicto litem contestando, neguando et ut in actis continetur et in responsionibus factis generaliter dictis articulis contentis in actis et specialiter responderet post juramentum et per juramentum articulis predictis infrascriptis ut infra in fine cujuslibet continetur. Et post nos ordinavimus quod substitutus predictus faciat fidem quam obtulit de potestate dicti magistri Bernardi Johanini die inferius assignanda cum procurator dicti Bernardi de Astariaco et syndicus dicti monasterii dicerent se non debere procedere cum eodem cum non constaret ut dicebant de potestate predicta per substitutionem ejusdem, voluimus que quod, die inferius assignanda, facta fide predicta, procurator dicti Bernardi de Astariaco et syndicus dictorum .. abbatis et conventus respondeant propositis et petitis per dictum substitutum que in libello et articulis predictis continentur, prout de jure fuerit respondendum. Et cum procurator dicti Bernardi de Astariaco et syndicus dictorum abbatis et conventus dicerent generaliter aliqua fuisse innovata et peterent generaliter quod ea que innovata sunt, pendente presenti causa et in prejudicium ejusdem ad statum pristinum reducerentur et nichilominus prohiberetur per nos predicto Guillelmo de Nozeriis ne aliqua innovaret seu faceret innovari in prejudicium causa presentis, nullamque fidem fecissent seu facerent de innovatis predictis nec ea declararent seu specificarent, licet offerrent se facere fidem de eis loco et tempore oportunis, nos judex predictus nos obtulimus esse promptos audire partem appellatam super innovatis si que sunt et ipsa reducere ad statum debitum ubi debite de ipsis nobis fuerit facta fides, inhibuimusque expresse dicto Guillelmo de Nozeriis presenti ne quid innovaret in prejudicium appellationis predicte et hoc idem inhibuimus generaliter unique parti et post assignavimus diem, videlicet in crastinum festum beati Vincencii proximo venturum apud Figiacum coram nobis et dies et loca tunc seu interim committenda seu assignanda nos in presenti causa, videlicet ad probandum in secunda productione per substitutum predictum contra dictum dominum Centullum, necnon et ad faciendam fidem oblatam per eundem substitutum dictis procuratori dicti Bernardi de Astariaco et sindico abbatis et conventus predictorum de potestate magistri Bernardi Johanini et facta fide predicta per dictum substitutum, ad respondendum perhemtorie et consulte per dictum procuratorem dicti Bernardi de Astariaco et per syndicum abbatis et conventus predictorum predictis propositis et petitis per ipsum substitutum necnon et ad publicandum testes supra productos et juratos si comode fieri potest examinandos interim prout fieri poterit et fuerit rationis et ad alia supra comparentibus dicto domino Centullo absentem necnon et dicto Bernardo de Astariaco personaliter absentem et utrique parti debite procedendum secundum retroacta et agenda et secundum qualitatem cause, ad quam quidem diem et locum et ad dies et loca tunc seu interim continuanda seu assignanda per nos in presenti negotis citavimus dictos comparentes et dictum dominum Centullum licet absentem et dictum dominum Bernardum de Astariaco licet personaliter absentem perhemtorie et precise ad id agendum quod suprascriptum est, injungentes eisdem quod tunc sufficienter compareant et sufficienter instructi et consulti ad faciendum quod dies exiget et ad procedendum debite secundum retroacta et agenda et secundum qualitatem cause, significantes eisdem quod sive venerint sive non, nos procedemus in causa presenti ut fuerit rationis, dictorum domini Centulli et Bernardi et partis appellate absentia seu insufficientia non obstante, quam diem assignavimus itam longuam cum interim pluribus negociis impediti non possemus vacare auditioni dicte cause. Fuitque per nos oblata copia dicto substituto et dictis partibus de actis presentis cause prout hec plenius continentur in actis. Quare vobis et vestrum cuilibet in solidum comittimus et mandamus ita quod ad hoc faciendum alter vestrum non expectet quathinus citetur et prehemtorie predictos comparentes*

*necnon et dictum dominum Centullum et dictum Bernardum et dictum procuratorem domini regis si ipsos inveneritis, alioquin ad domicilia in quibus consueverunt sepius habitare ut die et loco proxime dictis et aliis diebus continuandis et assignandis eisdem per nos, in presenti causa compareant coram nobis per se vel per ydoneos et sufficientes procuratores facturi responsuri et processuri in presenti negotio juxta assignationem suprascriptam et contenta in ea significantes eisdem et eorum cuilibet quod sive venerint sive non, nos in presenti negotio procedemus juxta et secundum qualitatem ejusdem prout fuerit rationis, dictorum non comparentium absentia seu tunc comparentium insufficientia non obstante.*

*Tenor vero litterarum regiarum predictarum de quibus superius fit mentio sequitur in hunc modum :*

*Philippus, Dei gratia Francorum rex, discreto viro magistro Hugo de Camburaco, jurisperito, salutem.*

*Intelleximus quod, cum per decem annos et amplius in bastida de Miranda ex parte nostra fuerit bajulus institutus, officium bailivie regens pacifice, eique tanquam bajulo a nobis deputato fecerint consules dicte bastide juramentum, senescallus Tholose seu ejus locum tenens, auctoritate quarundam litterarum a nostra curia subrepticie impetratarum, ut dicitur, per comitem Astariaci et abbatem Barduarum, vel de eorum mandato, pronunciavit properam et inique per suam sentenciam, rationibus procuratoris nostri et predictorum bajuli nostri ac ..consulum non admissis, bajulum nostrum esse a bastida hujusmodi amovendum, et bajulum non debere esse ulterius ex parte nostra in eadem bastida, a qua sententia, tanquam ab iniqua et inique lata, ad nos procurator dicti nostri bajuli et consules appellaverunt. Nos vero causam appellationis hujusmodi vobis tenore presentium comittentes, mandamus quatinus, vocato procuratore nostro et bajulo et consulibus et dicti comite et abbate et aliis evocandis, causam audiatis eandem et instructam nobis terminandam remittatis. Que post hujusmodi appellationem hinc inde fore inveneritis indebite attemptata ad statum debitum reducturi. Damus autem senescallo nostro Tholose et omnibus subditis nostris presentibus in mandatis ut in premissis et ea tangentibus vobis pareant et intendant. Actum apud Lorriacum, die dominica post octabas Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup> nono.*

*Tenor vero dicti libelli sub hiis verbis :*

*Coram vobis venerabili viro domino Huguone de Camburaco, legum doctore, giudice delegato domini regis in causa appellationis infrascripte, proponunt in jure magister Raymundus de Monte Olivo, procurator et procuratorio nomine domini regis, et Berenguarius Textoris, Johannes de Cazalibus, Johannes de Porta, Clemens Tonelerii, Raymundus Vaquerii et Sancho, consules et consulum nomine de Miranda, et Guillelmus de Nozeriis, serviens armorum dicti domini regis et bajulus dicte ville de Miranda, **contra nobilem virum dominum Centullum, Dei gratia comitem Astariaci, et Bernardum, ejus filium emancipatum,** et dominum Bernardum de Cornelhano, legum doctorem, curatorem suum, curatorio nomine ejusdem, et abbatem et conventum monasterii Bedoriarum Cisterciensis ordinis dyocesis Auxitani, dicentes dicti proponentes quod, cum per decem annos et amplius in predicta bastida de Miranda ex parte domini regis fuisset bajulus institutus et officium dicte bajulie regeret pacifice et ei tanquam bajulo a domino rege deputato, consules predicte bastide jurassent, et super hoc penderet causa in curia domini senescalli Tholose et Albiensis inter dictas partes, dominus Huguo de Marziaco, tenens locum dicti domini senescalli Tholose et Albiensis, juris ordine pretermisso, incivilter et indebite et injuste, salva sui gratia, pronunciavit per sentenciam, si sententia dici possit, male et inique, dictum bajulum esse a dicta bastida amovendum et eundem bajulum non debere esse ulterius ex parte domini regis in dicta bastida, a qua pronunciacione et sententia, si sententia dici possit, pars dictorum domini regis, consulum et bajuli legitime appellavit ad dictum dominum nostrum regem in qua causa appellationis vos estis judex delegatus domini regis quantum ad audiendam et examinandam dictam causam predicte appellationis. Unde cum dicta pronunciacio et sententia, si sententia dici meretur, sint injuste et nulle, petunt dicti*

*proponentes dictam causam appellationis audiri et examinari et instructam remitti domino regi prefato, per vos, dominum Hugonem predictum, dicte cause judicem delegatum, justicia mediante, secundum mandatum et comissionem vobis factam super hiis per dictum dominum nostrum regem. Item dicta causa instructa et remissa per vos ad dominum regem, petunt dicti proponentes dictam prononciationem et sentenciam si sentencia dici meretur, si que sunt infirmari vel si nulle sunt nullas fore prononciari et se bene et legitime appellasse et dictum dominum Huguonem male et inique prononciasse et sententiassse, si sentencia dici meretur, per dictum dominum regem justicia mediante. Item petit expensas in lite et pro lite factas super faciendis vestrum officium implorando, juris beneficio in omnibus sibi salvo, non astringens se ad omnia predicta probanda sed ad ea solum que sibi sufficient de premissis.*

*Tenor etiam articulorum et responsionum factarum singulis de quibus supra fit mensio talis est :*

*Proponit et intendit probare pars appellans ad fundandam intencionem suam quod antequam dicta bastida de Miranda fieret, fuit tubicinatum et preconizatum in multis locis sollempnibus et insignibus senescallie Tholose et alibi ex parte dicti domini quod sub securitate ejusdem, ad franquias et libertates domini nostri regis venirent qui venire vellent ad dictam bastidam de Miranda causa morandi ibidem.*

*Et predicti syndicus dictorum abbatis et conventus et procurator dicti Bernardi de Astaraco responderunt ut sequitur.*

*Et dicti syndicus abbatis et conventus predictorum et procurator dicti Bernardi, repetitis omnibus et singulis protestationibus superius a se factis, a quibus recedere non intendunt, immo predictas protestationes omnes et singulas volunt esse repetitas et eas repetunt in qualibet parte processus habendi in hac causa et qualibet die qua procedetur in hac causa, et protestato quod predictae positiones seu articuli sunt impertinentes, negative et aliter indigne responsiones reperte sunt pro si de jure non fuerit respondendum eisdem quod pro non responso habeatur, respondendo dicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur, protestato quod si aliqua fuit facta tubicinatio seu preconizatio, quod fuit facta ex parte predictorum comitis et abbatis.*

*II. Item proponit et probare intendit quod post dictum mandatum et tubicinum venerunt homines morantes nunc in dicta bastida de Miranda ad dictam bastidam ratione dicte securitatis et protectionis et sub eis et ad dictas libertates et francalicias dicti domini regis et eorum interest de et sub securitate, protectione, libertatibus et francaliciis domini regis remanere predictis.*

*Et dicti syndicus et procurator, protestato ut supra, respondent ut supra proxime.*

*III. Item proponit et intendit probare quod in principio constructionis dicte bastide palus fuit ibi fixus seu ficatus et positus nomine domini regis et per gentes suas et vexillum domini regis per gentes suas fuit ibi positum et dimissum et signum libertatum, francaliciarum et securitatis domini regis predictarum, scientibus comite Astariaci et abbate Berdoriarum et non contradicentibus.*

*Et dicti syndicus et procurator neguant dictam positionem seu articulum ut ponitur.*

*Item proponit et intendit probare quod in dicta bastida fuit bajulus institutus pro domino rege et ejus officialibus.*

*Et dicti procurator et syndicus respondendo dicte propositioni seu articulo neguant eam ut ponitur, credunt tamen quod bajuli qui fuerunt in dicta bastida a tempore constructionis ejusdem citra, ibidem fuerunt et esse debuerunt nomine predictorum comitis et abbatis ut nomine dominorum dicte bastide et pertinenciarum ejusdem.*

*Item proponit et intendit probare quod in dicta bastida fuerunt per decem annos et ultra bajulus, servientes et alii officiales domini regis citati et instituti per senescallum Tholosanum quos citatos et institutos predicto nomine regio predicti habitantes et alii venientes ad dictam bastidam repererunt ibidem.*

*Et predicti procurator et syndicus respondendo dicte positioni seu articulo, protestato ut supra, neguant eam ut ponitur ; credunt tamen quod bajuli nominati et alii officiales qui fuerunt*

*in dicta bastida de Miranda a tempore constructionis ejusdem citra, ibidem fuerunt et esse debuerunt nomine predictorum comitis et abbatis ut nomine dominorum dicte bastide et pertinenciarum ejusdem.*

*item proponit et intendit probare quod premissa facta fuerunt ut superius continetur, scientibus et consensientibus comite Astariaci et abbate et conventu monasterii Berdonarum et eis presentibus et non contradicentibus.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo positioni predicte seu articulo, neguant eam ut ponitur, credunt tamen ut supra in proxima positione seu articulo crediderunt.*

*Item proponit et intendit probare quod pro dicto domino rege et eidem domino regi homines dicte bastide de Miranda post predicta juraverunt et hobedierunt et adhuc hobediunt dicto bajulo nomine dicti domini regis.*

*Et predicti syndicus et procurator respondendo articulo seu positioni predicte neguant eam ut ponitur, credunt tamen quod homines dicte bastide de Miranda hobedierunt predictis bajulis qui pro tempore fuerunt in dicta bastida ut bajulis predictorum comitis et abbatis, et ut bajulis dominorum dicte bastide.*

*Item proponit et intendit probari quod dicto bajulo, tanquam bajulo a domino rege deputato, consules dicte bastide annuatim pacifice juraverunt.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicto articulo seu positioni neguant eam ut ponitur, credunt tamen quod consules qui pro tempore fuerunt in dicta bastida juraverunt bajulo seu bajulis qui erant in dicta bastida pro dictis dominis dicte bastide, scilicet pro comite et abbate predictis seu eisdem dominis.*

*Item proponit et intendit probare quod bajulus dicte bastide domini regis et pro domino rege a tempore constructionis dicte bastide citra, judicavit continue una cum consulibus dicte bastide et cognovit una cum eis de omnibus causis tam civilibus quam criminalibus vel aliis quibuscumque rexit que officium dicte bailie nomine domini regis per decem annos et ultra et pro ipso domino rege cognoscendo, judicando, pronuntiando et interloquendo de omnibus causis, ut dictum est, et una cum consulibus exsequendo et merum et mixtum imperium et jurisdictionem omnimodam exercendo.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicto articulo seu positioni neguant eam ut ponitur, credunt tamen quod consules dicte bastide una cum bajulo seu bajulis dictorum dominorum dicte bastide qui pro tempore fuerunt in dicta bastida judicaverunt et cognoverunt de omnibus causis tam civilibus quam criminalibus in dicta bastida seu ejus pertinenciis emergentibus cognoscendo, pronuntiando, diffiniendo et merum et mixtum imperium omnimodam jurisdictionem exercendo et credunt etiam quod bajuli predictorum dominorum predicta omnia exsequabantur.*

*Item proponit et intendit probare quod Stephanus de Nigro Stagno in principio constructionis dicti bastide fuit institutus bajulus dicte bastide domini regis per dominum senescallum Tholose et Albiensis vel ejus locum tenentem tunc, videlicet per dominum Eustachium de Bello Marquesio, qui quidem Stephanus fuit bajulus domini regis dicte bastide per octo annos a tempore constructionis dicte bastide citra.*

*Et predicti syndicus et procurator respondendo predicto articulo seu positioni neguant eam ut ponitur. Credunt tamen quod dictus Stephanus de Nigro Stagno ut bajulus predictorum dominorum comitis et abbatis rexit dictam bastidam quamdiu fuit in dicta bastida bajulus et quod fuit in dicta bastida bajulus constitutus per dictos dominos.*

*Item proponit et intendit probare quod post predictum Stephanum fuit immediate institutus bajulus per dominum regem, seu ejus officiales vel senescallum, Bernardus de Cruycha et post ipsum immediate Guillelmus de Nozeris qui nunc est bajulus, qui rexerunt predictam bastidam nomine domini regis predicti, et quibus fuit hobeditum et obtemperatum vice domini regis et pro domino rege, et ut domino dicte bastide.*

*Et dicti procurator et syndicus respondendo dicto articulo seu positioni neguant eam ut ponitur, credunt tamen quod dictus Guillelmus de Nozeriis indebite et injuste et contra pariagium inhitum seu factum inter comitem et abbatem et conventum dicti monasterii et dictum Eustachium de Bello Marquesio, militem, senescallum Tholose et Albiensem quondam, et confirmatum per dominum nostrum regem, dictus Guillelmus de Nozeriis dicit se esse bajulum dicte bastide cum in veritate non sit nec esse debeat, et quod de facto regit dictam bastidam contra jus et justiciam, cum de jure non possit, innovando omnia que facit per sui potentiam in prejudicium cause presentis et pariagii predicti.*

*Item proponit et intendit probare quod servientes dicte bastide et alii officiales sunt et fuerunt ibi a tempore constructionis dicte bastide continue nomine domini regis et pro domino rege ut servientes et portant et portaverunt a tempore predicto citra baculos signatos signo domini regis.*

*Et dicti procurator et syndicus respondendo dicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur, credunt tamen quod servientes qui sunt in dicta bastida portant baculos signatos signo domini nostri regis, protestato tamen quod hoc non tribuit aliquod jus parti que dicitur appellans.*

*Item proponit et intendit probare quod predicti servientes et alii officiales dicte bastide sunt et fuerunt ibi instituti et creati per dominum senescallum Tholose et Albiensis seu per officiales domini regis qui nomine regio ea que ad eorum spectant officium exsecuntur et exsecuti fuerunt ibidem.*

*Et predictus syndicus et procurator respondendo dicto articulo seu positioni, non credunt eam ut ponitur.*

*Item proponit et intendit probare quod dicta bastida fuit et est constituta in regno Francie et decem anni sunt elapsi.*

*Et dicti procurator et syndicus respondendo dicto articulo seu positioni credunt quod dicta bastida de Miranda est constructa in regno Francie in comitatu Astariaci.*

*Item quod pactum quod factum fuisse dicitur seu pariagium cum domino Eustachio, quondam senescallo Tholose, vel aliis officialibus domini regis, quod bajulus domini regis non esset in dicta bastida vel bajulus amoveretur aliquo tempore, fuit factum inscientibus ignorantibus et absentibus hominibus dicte bastide et qui si predicta scivissent ad dictam bastidam venire omisissent.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicto articulo seu positioni neguant eam ut ponitur.*

*Item proponit et intendit probare quod omnes homines dicte bastide, seu major pars hominum, tempore quo venerunt ad dictam bastidam et ante, morabantur in villis et locis domini regis et de villis et locis domini regis maxime propter predictas libertates francalicias et securitates venerunt ibidem.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur.*

*Item proponit et probare intendit quod dicta bastida fuit constituta in regno Francie in loco deserto et est maxime populata de hominibus subdictis tunc domino regi.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur, credunt tamen quod dicta bastida de Miranda est constituta in regno Francie in comitatu Astariaci et pro majori parte populata de hominibus dicti comitis Astariaci et de hominibus aliorum comitum et baronum et militum dicti comitatus et aliorum comitatuum Vasconie et aliorum locorum.*

*Item proponit et intendit probare quod carcer dicte bastide spectat ad dominum nostrum regem.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo predicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur, credunt tamen quod carcer dicte bastide spectat ad dictos comitem et abbatem ut ad dominos dicte bastide.*

*Item proponit et intendit probare quod bajulus dicte bastide domini regis, a tempore constructionis ejusdem citra, custodivit captos seu fecit custodire qui evenerunt ibidem nomine domini regis pacifice et possedit dictum carcerem nomine domini regis pacifice, et adhuc tenet et possidet seu facit bajulus qui nunc est pro domino rege pacifice et quiete.*

*Et predicti syndicus et procurator respondendo dicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur, credunt tamen quod bajuli dictorum dominorum comitis et abbatis a tempore foundationis dicte bastide citra, custodierunt captos et delinquentes in dicta bastida nomine dictorum dominorum comitis et abbatis et custodiebant tempore quo dictus Guillelmus de Nozeriis venit ad dictam bastidam qui per sui potentiam indebite et sine causa et contra jus et justiciam dictos dominos et bajulos qui pro ipsis dictos captos tenebant spoliavit et sibi appropriavit predicta et plura alia, innovando in prejudicium dictorum dominorum et presentis cause, et adhuc facit de facto cum de jure non possit.*

*Item proponit et probare intendit quod omne tubicinium seu preconizatio que fit et facta fuit a tempore constructionis dicte bastide citra sit et facta fuit nomine predicti domini nostri regis.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur, credunt tamen quod tubicinium et preconizationes que fuerunt facte in dicta bastida de Miranda fuerunt facte nomine predictorum comitis et abbatis et regis, et fiebant tempore quo dictus Guillelmus de Nozeriis venit ad dictam bastidam, qui per sui potentiam in prejudicium predictorum comitis et abbatis de facto, cum de jure non possit, facit fieri preconizationes in dicta bastida nomine domini nostri regis, predicta innovando in prejudicium cause presentis.*

*Item proponit et probare intendit quod omnes mesure bladi, vini, vel aliorum cum quibus in dicta bastida mensuratur vendendo emendo sunt signate signo domini nostri regis Franc. prefati et predictis mensuris solum omnia talia mensurantur.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo predicte positioni seu articulo non credunt eam ut ponitur, protestato quod hoc non prejudicaret dominis dicte bastide.*

*Item proponit et intendit probare quod prefata bastida est fundata in territorio quo fuit domini Geraldi de Marrenxs in solidum vel in parte.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur, credunt tamen quod dicta bastida cum ejus pertinenciis est fundata in territorio et jurisdictione dictorum dominorum comitis et abbatis.*

*Item proponit et probare intendit quod prefata bastida est hedificata extra jurisdictionem et domenium (-sic) predictorum comitis et abbatis et conventus memorati monasterii Berdouarum.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur.*

*Item proponit et probare intendit quod propter franquias, libertates et privilegia domini regis predictas, venerunt ibi infiniti habitantes maxime de villis et locis domini regis quorum sunt in dicta bastida habitantes usque ad numerum mille focorum et plures.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo positioni predicte seu articulo neguant eam ut ponitur.*

*Item proponit et probare intendit quod predicti qui asseruntur consules in libello ejus cause erant consules dicte ville tempore oblatis libelli tam in presenti causa quam in causa principali.*

*Et dicti procurator et syndicus respondendo dicte positioni seu articulo credunt quod illi contra quos fuit oblatus libellus seu supplicatio in causa principali et illi qui obtulerunt libellum in presenti causa contra predictos comitem, abbatem et conventus dicti monasterii erant ..*

*consules temporibus predictis, qui .. consules tempore eorum constitutionis seu creationis juraverunt predictis dominis seu eorum bajulis seu alii vel aliis eorum nomine recipientibus dictum sacramentum ut alii consules et eorum predecessores facere consueverant. Cetera et aliter contenta in dicta positione seu articulo non credunt ut ponuntur nisi quatenus facit et facere potest pro parte dictorum comitis et abbatis.*

*Item proponit et probare intendit quod nunc sunt .. consules dicte bastide : Arnaldus de Valle, Raymundus Fabri, Vitalis de Verdiaco, Reinaldus Sabaterii, Bonetus de Monteguiscardo et Arnaldus Andree qui juraverunt Guillelmo de Nozerio, bajulo dicti loci pro domino rege, ut domino dicte bastide, et successerunt prenominatis .. consulibus anni preteriti proxime in honore et honore.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur.*

*Item proponit et probare intendit quod dictus Guillelmus de Nozeriis est et fuit bajulus dicti loci pro domino rege.*

*Et dicti procurator et syndicus respondendo dicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur.*

*Item proponit et probare intendit quod dictus Bertrandus de Crueycha erat bajulus dicte bastide pro domino rege tempore oblatis libelli in causa principali et tempore late sententie de cujus appellatione nunc agitur, et cum ipso una cum consulibus predictis tanquam cum bajulo domini regis predicte bastide fuit predicta causa principalis ducta seu ventilata.*

*Et dicti procurator et syndicus respondendo predicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur hoc excepto quod concedunt de contentis in dicta positione [quatenus] constare poterit per acta vel per instrumenta publica vel per alia legitima documenta, credit etiam quatenus contenta in dicta positione faciunt et facere possunt pro parte dictorum comitis et abbatis.*

*Item proponit et probare intendit quod post litteram regiam productam in causa principali qua continetur quod dominus firmavit factum domini Eustachii et comitis et abbatis predictorum super bastidis predictis, bajuli et officiales domini regis rexerunt et tenuerunt dictam bastidam ut propriam domini regis per decem annos et ultra.*

*Et dicti procurator et syndicus respondendo dicte positioni seu articulo neguant eam ut ponitur, credunt tamen contentis in dicta positione ut supra crediderunt.*

*Item proponit et intendit probare quod in causa principali fuit oblatus libellus contra Bertrandum de Crueycha tanquam contra bajulum dicte bastide domini regis.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicte positioni seu articulo non credunt eam ut ponitur, credunt tamen quatenus per acta et alia instrumenta publica constare poterit et quatenus facit et facere potest pro parte comitis et abbatis predictorum.*

*Item proponit et probare intendit quod causa pendente super amotione dicti bajuli domini regis in curia domini senescalli Tholose et Albiensis inter partes predictas nominatas in libello hujus cause, dominus Huguo de Marziaco, tenens locum domini senescalli Tholose et Albiensis, in dicta causa tulit sententiam seu pronunciavit, ordinavit, declaravit seu per arrestum diffinivit de quo fit mentio in libello hujus cause.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicte positioni seu articulo credunt quod predictus dominus Huguo de Marziaco, ut tenens locum domini senescalli Tholose et Albiensis in dicta causa pronunciavit et legitime prout in sententia, pronunciatione, declaratione seu diffinitione per eum lata continetur.*

*Item proponit et intendit probare quod dicti consules et bajulus appellaverunt a dictis pronunciatione et sententia ad dominum nostrum regem incontinenti lata sententia et viva voce.*

*Et dicti syndicus et procurator respondendo dicte positioni seu articulo et ultimo, credunt quod a dicta sententia, pronunciatione, declaratione seu diffinitione lata per dictum locum tenentem, fuit appellatum prout in dicta sententia, pronunciatione, declaratione seu diffinitione continetur, male tamen et inique cetera et aliter contenta in dicta positione neguant ut ponuntur.*



*Constat nobis judici predicto de razuris supra factis, videlicet ibi ubi dicit continuatis et assignatis, item ubi dicit indebite, item ubi dicit partes dominus Huguo, item ubi dicit miles senescallus.*

*Datum apud Bellum Montem, die veneris post festum beati Nicolay yemalis, anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo nono.*

*Reddite litteras, sigillis vestris appensis in eisdem in signum completi mandati.*

*Transcriptum citationis hujusmodi in hostio citati cujuslibet pro hac causa virtute citationis presentis cum clavis affigentes et de premissis omnibus et singulis fieri facientes publica instrumenta que nobis una cum presentibus remittatis ne a partibus predictis seu a dicto domino Centullo ignorantia valeat ulterius alleguata.*

**Pièce 23 - Accord entre Centulle III comte d'Astarac, et son fils Bernard V réalisé le 13 juillet 1299, expédié en février 1300.**


Extrait du Livre Rouge de Mirande, AA1, f° 37 v° - 40 r°, Archives Municipales de Mirande.

(f° 37 v°) *Noverint universi presentes pariter et futuri. Quod cum discordia seu contrastus. Inter viros nobiles Dominum Centullum comitem ex una parte. Et Bernardum de astariaco unicum eius filium emancipatum. ut ibi fuit dictum ex altera. Super administratione et regimine comitatus astarici. et super aliis divisio capitulum. de quibus inferius fit mensio. Incompositione presenti. Tandem interventu cominum Amicorum videlicet. Nobilium virorum dominus Roggeris Bernardis comitis fuxi et vicecomitem bearum. Ac dominus Orthonis de Lomânia militis domini feudi marchonis ibidem presentium partes ipse ad compositionem amitabilitem et concordiam unanimiter devenerunt. Fuit itaque super dictis discordiis actum dictum et conventum expresse. Inter domini Bernardi de astariaci pro se ac suis successoribus stipulatione compromitentem etiam pascistentem. Et magistrum poncium Berengarum. Jurisperitum procuratorem dicti domini Centullis comitis astariaci. alibertam super hiis ab eodem comite. Speciale mandatum et Generalem et liberam quodadhoc potestatem prout ibi fuit dictum procuratorio nostre ipsius dominus comitis stipulantem. compromitentem ac et pascistentem. **quod dictus dominus Centullus pro se et alium miquam vendet donabit permitabit vel alio quoque modo vel titulo alienabus. distrahet vel inquamaliquibus aliam personam transferret ulera (f° 38 r°) vitam suam castra de miramonte. de labeyano. de granata. de castillione et de Sancto Johane comitali.** neque alterum eorum insolidum vel pro parte. neque jurisdictiones altas et bassas. jura vel pertinentias. territoria vel alodia sive honores ipsorum castrorum nec altius eorumdem. neque ad hoc facienda vel ac temptanda procedet idem comes de Sancto pacistentia. vel promissa. quominus et mediate post mortem ipsis domini comitis. predicta omnia et singula. castra cum juribus et pertinentiis suis pleno jure. deveniant et Reniant ad domini Bernardi. filium suum et eius liberos. vel universales successores in ipso comitatu. Insolidum ipsius domini Centulli. sive domini Bernardi condam patris cuiusdem. Abdicando ase penitus potestatem res predictas alienandi. vel supra. Et hoc omnia sic servari volunt. et contesserunt supradicti. Bernardus de astariaco et magister. poncius procurator vel supra. non obstante donatione de tris castris. per eundem Bernardum facta. patri suo predicto cum publico. Instrumento per manum petri Radicorum publici tholose notarii. confecto cui et eius juri sibi competenti ex ipsa donatione dictis procurator renunciavit ac cessit expresse ex excerta scientia quatenus ex ea possent pacta suprascripta vel infrascripta infirmari infringi. vel quomodolibet viciari. promittens veri dictus procurator se facturum et curaturum. quid dictus dominus Centullis per donationem. Infirmatam et validam. Inter viros. vel alio illo quo firmiter fit. eidem. Bernardo sibi donabit. et in cum transferet proprietatem et possessionem eorumdem predictorum castrorum. cum pertinentiis et juribus suis. et quicquid juribus habet vel habere debet. In eis versu fructu. Integre sibi ad vitam suam retenti. nec non et eius jurisdictione alta et bassa. et administratione ac regimine cum emolumentis ex inde pronementibus In dictis castris et eorum quolibus ac in eorum pertinentiis et districtu. expresse ac specialit sibi quamdiu vixerit. Reservatis. Item fuit actum expresse inter predictum. Bernardum. et procuratorem. patris sui predicti. quid dictus dominus Centullus quamdiu vixerit habeat et existeat administratione. ac regimen cum omni jurisdictione alta et bassa et emolumentis ex inde pronementibus. In dictis castris. et eorum quolibus ac in eorum pertinentiis et districtu. Que omnia et singula possit per se. et suos indices ac baulos libere exercere. Item fuit actum dictum et expresse. conventum inter proxime supradictos. quid dictus Bernardus de astariaco. Integre et totaliter administrationem totus comitatus astaraci regendam cum protectione ac defensione ipsius habeat et teneat incumquibus adicto patre suo penitus transferatur et predicta existeat vice et nomine dicti patris sui ob eius honorem dum vixerit idem comes. exceptis tamen castris et locis supra nostratis cum pertinentiis*

